

penitentia, sed misericordia, & portus salutis. Est ipse *Judex*, sed pater, & medicus, atque pacis mediator inter Deum, & hominem. Quamvis igitur minus Confessarii per se sit audire, non interrogare penitentem, sepe attenda penitentis conditione cum interrogare tenetur.

3611 Et quidem non est opus *interrogare penitentem*, sicut docti, aut licet non sint docti, sint tamen satis instructi ad peccata cum suis circumstantiis aperienda: sed eos, quos advertit non bene examinatos, ad adiutorio indigere; idque humano modo, ne penitentes nimium vexet.

3612 Pro qua re sciendum est, pro integritate confessionis exprimendum esse numerum certum, & determinatum peccatorum mortaliu[m], quando constat: quando vero non constat, sufficit exprimere numerum probabiliu[m], aut verisimiliu[m], addendo particulas, *plus minusve, vel circa*: quae verba se extendunt ad parvam summam iudicio prudenti respective ad numerum, cui adduntur: v. g. in numero denario ad duo, vel tria, in centenario ad decem, & sic qui confessus est, se peccasse circa decies, si postea recordetur peccasse per alias tres veces, non tenetur haec tria confiteri; tenetur vero, si plurium recordetur.

3613 Qui vero bona fide confessus est, peccasse vigelies, & postea inveniat, peccasse solum decies, non tenetur talem numerum retrahere, nam in numero majori continetur minor, & sic confessio est integra.

3614 Quando non potest haberi numerus probabilis, dicenda est frequenter in die, septimana, mense, vel anno, quantum humanitus fieri potest: quod si neque hoc fieri possit, sufficit dicere consuetudinem, & tempus peccandi.

3615 Hoc modo audiri debet concubiniarius, qui diu concubinam domi retinuit, & meretrix; debent enim explicare numerum fornicationum, quot in die, septimana, mense, vel anno; quod si non possunt sine periculo magni erroris, sufficit, quod exprimat tempus, per quod in malo perseveraverunt.

3616 Caveat, ne simplices interroget de peccatis forte illis ignotis, ne sic eos ad peccandum doceat. Interrogationes in materia castitatis, maxime cum mulieribus, sint paucae, & caute, ne nimium ruborem afferat, ignorantem doceat, aut in aliquod periculum delectationis, vel penitentem ponat; quod si id timeat, notius paratur, ut aliquod integritati materiali desit, *Busemb. lib. 6. tr. 4. c. 2. dub. 6.*

3617 Penitentes, dum confitentur, non

interrumpat; sed solum quando advertit eos deficere, aut confundi, suggerat, ac adjuvet & statim sistat. Nunquam vultum asperum, aut gestum aliquem horrois ostendat, nunquam inter confitendum reprehendat, sed verbis dulcibus ad confitendum alliciat: confessione vero completa, tunc, ut oportet, moneat, reprehendat, & curet: ita tamen, ut in reprehendendo iram non ostendat, sed amorem; aliud nomen non sit in ore, nisi *filius, filia*; sic ore charitatis pleno dignoscere faciet penitentem malitiam peccati, offensam Dei, damnum animae, & corporis, pericula, inquietudines, &c. ut ita penitentem non confundat, sed lucretur.

3618 Confessarius *advertens penitentem ignorantem alienius mali gravis laborare*: si orta aliqua dubitate penitens eum interroget, tenetur silentium aperire, quia silentium est erroris approbatio. Si vero penitens eum non interroget: si Confessarius advertat, ignorantem esse vincibilem, & culpabilem, tenetur cum moneat, quia est indispositus, & in malo statu, ac proinde non absolvendus, nisi velit desistere, & malum reparare.

3619 Si vero advertat ignorantem esse invincibilem, quatenus, v. grat. bona fide rem alterius detinet, matrimonium cum impedimento dirimente contraxit, &c. tunc si praevideat, seu prudenter timeat additionem non profuturam, nempe penitentem non resisturum, aut adhuc cum conjugum manuum &c. eum moneat non debet; quia monitione caret sine, imo est occasio majoris mali; quoniam per monitionem ille, qui prius erat in statu peccati materialis sine offensa Dei, constituitur in peccato formali cum offensa Dei. *Hinc S. August. relatus in cap. Si quis, de penis. dist. 7. inquit: Si frivem tibi non prodesse, non te moneam, non te terream.* Idem dicit, si ex monitione times aliquid magnum damnum, aut scandalum secuturum, v. gr. ex conjugum separatione filiorum periculum, parentum hostilitates, &c. *Mastrus dist. 21. q. 8. non. 216. Lugo, Viall. Diana, Tamb. tom. 2. meth. confess. lib. 3. c. 4. ubi addit, quod in tali casu, si penitens sciat peccatum in contrahendo matrimonium commissum, nesciat vero invaliditatem, de peccato absolvat, at invaliditatem non ostendat.*

3620 Confessarii *Principum, & Praelatorum*, si sciant eos non satisfacere proprio officio, v. grat. circa collationem Beneficiorum, electionem ministrorum, gubernationem subditorum, circa elemosinas ex bonis Ecclesiasticis faciendas, &c. tenetur eosdem de sua obligatione moneat, alias erunt coram peccati-

peccatorum participes, & unus alterum ad inferna trahet; quia raro eorum ignorantia est invincibilis, & raro id evenit sine damno communi, & sine scandalo subditorum putantium similia licere.

3621 Confessarius (ait Gobat tom. 3. de voto n. 377.) tenetur ex charitate sequi opinionem probabilem, quando scilicet severiores conicit penitentem in periculum peccati formalis.

3622 Parochus, si ex Confessione penitentis dignoscit impedimentum dirimens, & matrimonium sit contractum, gerere se debet ut in n. 3618. & 3619.

Si non sit contractum, debet illum moneat, & si opus fuerit, terreat, ne contrahat: at si perisistat in contrahendo, non potest illum à matrimonio repellere, sicut nec potest ab Eucharistia. Imo nec potest illum post Confessionem moneat, abique eo, quod prius ab illo licentiam petat, & obtineat, Ant. à Spir. Sanct. de Sacram. Penitent. tr. 5. dist. 15. sect. 5. num. 1577. cum Bonac. idque ratione ligilli Sacramentalis, ex n. 3206. & 3222.

3623 Si ipse solus impedimentum occultum sciat extra Confessionem, non potest ad Matrimonium procedere, sed tenetur illud Ordinario manifestare, Ant. à Spir. Sanct. de Matr. tr. 11. dist. 4. sect. 14. num. 212. quia bonum Sacramenti praevalet juri particulari secreti naturalis, ut in tom. 2. pag. 506. à n. 68.

Q U E R E S I.

3624 *Petrus, qui bona fide contraxit cum impedimento dirimente, quod etiam in statu conjugii ignorat, fecit votum cum juramento de non reddendo debitum uxori, accedit pro Confessione ad Parochum pro tali voto violato, Parochus scit impedimentum dirimens, quomodo se gerere debet?*

Resp. Si Parochus prudenter putet, quod ex manifestatione impedimenti nullus speretur profectus, sed potius damnus, non tenetur illud aperire, juxta n. 3619. Quia penitens non petit, an habeat impedimentum [tunc enim utique teneretur positive respondere, ut in n. 3618.] sed confitetur peccatum in faciendo votum de re alteri debita. aut de eo ex conscientia erronea violato. Unde tunc se gerere debet, sicut cum eo qui operatur ex conscientia erronea, & inde dicere votum non tenere, imò à peccato in eo emitendum absolvere: nec tunc mentitur; quia sancte conscientia erronea, sic vivendo peccavit, nec votum servatque tenetur.

Q U E R E S I I.

3625 *Dum duo sponsi accedunt cum pompa & comitatu ad Ecclesiam ad matrimonium contrahendum, alter eorum recordatur impedimenti dirimentis. Quid iste agere debet, ut se retrahat sine infamia, & scandalo?*

Resp. Si impedimentum non afferat infamiam, aut scandalum, ut si sit affinitatis ex copula licita, &c. tunc debet ipse sponsus illud manifestare, & inde se retrahere, ut quoquo de remedio provideatur, vel penitus desistendo, vel dispensationem petendo.

3626 Si impedimentum afferat infamiam, aut scandalum, ut si sit affinitatis ex copula illicita, &c. tunc debet requirere Parochum pro Confessione occasione reconciliationis, & ei aperire impedimentum; Parochus autem potest ipsu[m] moneat, ut statim voleat casitatem, quo peracto, de licentia penitentis dicat, eos non posse contrahere; quia sponsus ille habet impedimentum voti, quo indiget dispensari, & nesciret.

3627 Quod votum debet veremitti, alias Parochus mendacium proferret, quod quamvis veniale, nulla ratione cohonestari potest, cum sit ab intrinseco malum. Potest autem emitti ad breve tempus, ut sic Sponsus, si nolit, aut non possit pro dispensatione impedimenti dirimentis, recurrere, possit, voti tempore elapso, cum alio contrahere.

PRUDENTIA CUM MONIALIBUS

3628 **E**st debet extimia. Sit Confessarius deputatus pro omnibus indifferens, donaria à particularibus habet recipiat, nunquam loquatur, nisi quae ad confessionem, & salutarem animae instructionem conducunt: non sit asper, nec indifferens in zelo: morum reformationem, minime totam, & simul, sed paulatim procurat, nec totum volens, totum perdat, & ovem amittat.

3629 Monere tenetur Moniale de conscientia erronea contra ipsam, etiam si sit super aliqua regulari observantia, quam erronee putat obligare sub mortali, quia si sunt vitanda peccata, quae committuntur scienter, quanto magis, quae ignorantur? Et cum sit firmo de mulieribus, valde juvat attendere doctrinam, & dictum D. Thomae in n. 151.

3630 Quando error conscientia erronea est super observantia Regulari, debet quidem moneat, quod ejus omisio non sit mortalis, sed debet simul firmis motivis enim tale observantiam suadere, ita ut monitio fiat ad peccatum mortale vitandum, minime ad observantiam omittendam.

3631 Prompta habet remedia contra scrupulos, & valida motiva ad offendenda mundi mala, ac suavitatem Religionis, & jugi Christi, in comparatione ad jugum mundi.

3632 In occasione proxima utatur consideratione officii Dei, quatuor Novissimorum, maxime mortis, vitæ, ac pænæ æternæ; atque etiam motibus politicis, famæ, honoris, cum reflexione ad honestatem natalium, & ad pœnam atque iniquitatem animi, & corporis, quæ in similibus experitur.

3633 Sit eruditus super propriis Monialium Regulis, & observantiis, ut firma sint ejus responsa, & consilia, in mente habens, contrarietatem responsum, & consiliorum scandalum parere Monialibus.

3634 Denique omnino ab opinionibus laxis se abstinat; æquitati tamen se accomodat.

PRUDENTIA IN OCCASIONE PROXIMA.

3635 **O**ccasio peccandi est duplex, remotior, & proxima. *Occasio proxima* est illa, in qua homo positus, circumstantiis attentis exprimitur, quod sæpe sapies, & frequenter cadat in novum peccatum. *Occasio remota* est illa, quæ attentis circumstantiis non est frequenter, licet sit raro, cum peccato conjuncta. Unde maxime sunt attendendæ circumstantiæ personæ, loci, firmitatis doloris, &c. hinc sæpe eadem occasio carnis, seu conversatio mulieris, quæ juveni est proxima, seni, aut juvenitiorato, qui peccatum abhorret, est remota.

3636 *Occasio proxima* proprie dicitur duo, videlicet occasione extrinsecam, & periculum formale proximum peccandi, quæ duo separari possunt; nam potest esse occasio extrinseca sine periculo proximo, ut in sene, &c. & periculum proximum sine occasione extrinseca, in juvene consuetudo ad se pollutendum, ubi sine occasione extrinseca est periculum proximum peccandi, ortum ex habitu pravo intrinsicæ.

3637 *Periculum formale proximum* est illud, quod circumstantiis attentis, ita inclinatur, & movet ad peccandum, ut in persona similibus conditionibus solet esse frequenter cum peccato conjunctum. Periculum vero materiale, seu remotum, est illud, quod non est hujusmodi. Periculum formale aliud est extrinsecum ortum ex occasione extrinseca, aliud intrinsecum ortum ex prava conditione ipsius hominis.

3638 Occasio proxima, licet sit frequenter

in peccatis carnis, in quolibet tamen peccato mortali potest contingere.

3639 *Concubinarium est*, qui mulierem, cum qua frequenter peccare solet, domi retinet, vel extra pro se expolitam.

3640 Qui est in occasione remota, potest absolvi, aliquando [ut inquit Apostolus. 1. ad Cor. 6.] *liberemus omnes extrinsecas mundas*; nam etiam in ipsa solitudine, & in actibus licitis, ad esse occasio remota peccandi: possunt tamen bene exerceri.

3641 Qui est in occasione proxima involuntaria, quatenus non est in sui potestate eam repellere, potest absolvi, dummodo concurrat quatuor in numer. 3652. exposita. Ratio est; quia occasio peccandi in se non est peccatum, nisi sit voluntaria; & qui in ea est, potius dicitur eam pati, quam in eam se committere. Talis occasio involuntaria contingere potest in filiofamilie cum familia domini; inter fratres, forores, filios, & filias familie, & similes conjunctos; quoniam non sunt sui juris, habitantes in eadem domo sub cura parentis, avi, patris, &c. item in serva respectu domini. Confessarius servam adstringat, ut totis viribus resistat, & non offendat reciprocantiam amoris. Dominus tamen absolvi non potest, quia in eo occasio est voluntaria, & libera; imo serva, si dominus non fecerit, potest licite fugere, aut dominum compellere, ut eam alteri vendat. Cum illis tamen debet se gerere Confessarius, sicut cum recidivis, differendo aliquando absolutionem, & difficilem se ostendendo, quando absolvit.

3642 Qui est in occasione proxima voluntaria, [quam scilicet libere potest repellere, & non vult, absolvi non potest, etiam si semel, quia est indispotus ob defectum veri doloris, & propositi; immo est in continuo peccato mortali, juxta illud, *Qui amat periculum, peribit in illo*; quia occasio proxima voluntaria, & periculum formale proximum voluntarium, si assumatur, est peccatum ejusdem speciei cum actu, ad quem ordinatur; qui enim in illam, seu in illud libere se conjicit, habet iudicium probabile prudens, quod peccabit, adeoque virtualiter vult peccatum. Unde licet, si sequatur actus principalis, v. gr. fornicatio, non sit opus circumstantiam periculi in confessione aperire, sed sufficiat actum principalem exprimere; si tamen non sequatur, opus est exprimere, se conjicisse in periculum proximum, seu occasionem proximam talis peccati. Eadem ratione nemini licet querere directè occasionem proximam peccandi pro aliquo bono spiritali;

aut

aut temporalis: v. prop. 61. & 63. ab Innoc. XI. damn.

3643 Eum, qui est in occasione proxima voluntaria peccandi, seu concubinarium, posse semel, & iterum absolvi, antequam è domo concubini ejiciat, dummodo firmiter proponat ejicere, tenent Leander *tr. 5. disp. 7. q. 35.* & quamplures apud illum; sicut qui tenetur restituere rem, quam possidet, potest semel, & iterum absolvi.

3644 Dico tamen, eum, qui habet occasionem proximam, nempe extra propriam domum, posse semel, & iterum absolvi, dummodo firmiter promittat occasionem expellere, & in eam amplius se non committere. Moneo tamen Confessarium, ut post opportunas munitiones, protelleetur se eum pro ea vice absolventem; hoc namque medio interdum usus sum, & expertus sum fructum paenitentis namque terretur, dum videt sibi denegationem absolutionis comminari.

3645 Ille vero, qui retinet occasionem proximam voluntariam, nempe mulierem in propria domo, nec semel debet absolvi, nisi prius illam ejiciat, Paludanus, D. Anton. Sylvester, & alii; quia cum *semel* semper esse, & non cogitare *seminam*, nonne plus est, quam mortuum suscitare? ait Bernard. *ser. 64. in Can.* Quam securitatem salutis potest præsumere homo, dum detinet leonem in sinu?

3646 Quod si cessaverit periculum formale & proximum de novo peccandi, tam corpore, quam mente, v. gr. propter senectutem, infirmitatem, &c. aut quia propositum amplius non peccandi fuit ita intentum, & solidum, ut revera vitæ & mulier sit emendati, & simul habitent ut frater, & foror, idque diuturni temporis experientia constat; tunc vir nec tenetur mulierem è domo ejicere, nec ab absolutione impeditur, etiam si interdum, raro tamen peccaverit; dummodo non ad sit scandalum viciniae, quatenus concubinarius fuit occultus; vel si publicus, ex testimonio tamen Parochi, aut alia via constat emendatione: & quod vivant ut frater, & foror, Leander *cit. qu. 40. art. 43.* cum aliis; quia tunc occasio de proxima facta est remota, & periculum de formali, & proximo, factum est materiale, & remotum, ut constat *ex n. 1635. & 1636.*

Nec locus præcisè sumptus est occasio proxima, aliquando in omni loco esset occasio proxima, Cardenas *disp. 40. c. 4. art. 2. n. 63. c. 5. art. n. 78. c. 7. art. n. 126.*

3647 Hic facit exemplum, quod adducit Cardenas *disp. 40. cap. 2. num. 19.* Sint duo ho-

mines, unus quorum ingrediatur domum, in qua consuevit peccare, cum proposito tepido, & remisso, quod non sit peccaturus; alter ex causa necessaria ingrediatur in similem occasionem, minus tamen solido timore Dei, intensissimo proposito non peccandi, ac ferventi oratione, atque experientia, quod sic aliquando munitus, fuerit firmus in servando proposito; tunc primus se constituit in periculo formalis, non sic secundus.

3648 Beralduus in *directo. p. decis. in fin. n. 3.* ait, *quod mulier habitans in domo, ubi peccat, si non recedat frequenter, sed raro, puta ter, aut quater in anno Gregorium Grassium, aut semel in mense secundum Cælestinum in comp. Theol. mor. absolvi possit, dummodo ad sit scandalum; quia talis cohabitatio raro ad peccatum inducens, non est amplius occasio proxima, quoniam possit vir ille ita cum alia muliere extra peccare, absque eo quod esset occasio proxima, aut impediretur absolvi.*

3649 Imo in regulis prudentiæ in confessione, 3. regula, ait ex quodam Castila: *Quod ille, qui experitur est, quod non est in tali occasione per tres viceb; verpetur, quin una vice occiderit, eam consere debet occasione proxima.* Ita fere ille.

3650 Cæterum hic casus emendationis, ex firmo proposito in occasione proxima mulieris in propria domo; est quidem possibilis, sed rarus, & singularis, ut inter corvos corvus albus; unicum remedium est vel matrimonium, si illud iure possunt, vel separatio, quoniam in materia carnis victoria non habetur, nisi per fugam. Unde nunquam Confessarius in occasione proxima voluntaria debet huic proposito quantumvis intenso se fidere, & absolvere, si concubinarium potest concubinam è domo ejicere, in proposito suo nolit ejicere; quia ex regulariter contingentibus tale propositum non solet executioni mandari. Videri potest Cardenas *disp. 40. cap. 4. art. 2. & cap. 5. art. 2.*

3651 Ab occasione proxima extrinseca repellenda non excusat aliqua utilis, aut honesta; ut *confus. ex n. 1050.* imo nulla alia causa est sufficiens, nisi sola impossibilitas physica, aut moralis; quia hæc reddit occasionem extrinsecam involuntariam. Impossibilitas physica est in iis, qui non sunt sui juris.

3652 Difficultas est in discernendo, quando ad sit *impossibilitas moralis*, pro qua re ita dicuntur Cardenas *cit. c. 5. & 7.*

Ad impossibilitatem moralem constituentem requiritur causa necessaria, seu urgens, quæ superet vires fragilitatis humanæ; talis

con-

confetur, si ex separatione sequatur valde grave detrimentum in vita, fama, aut bonis: ita Doctores communiter: Bertaldus de Peccatis in regulis prudentia in Confessione, 3. Regula, presertim Leander hic tr. 5. dist. 7. q. 36. 38. (qui tamen in q. 39. plus aequo se extendit circa gravitatem detrimenti,) quia tunc non dicitur velle occasionem proximam extrinsecam, sed pati, & permittere, ut damnum evitet.

3653 Ille autem, qui non potest repellere occasionem extrinsecam, tenetur vitare periculum formale peccandi per actus proprios, nimirum. 1. Per verum, & firmum dolorem de praeteritis. 2. Per intantum, & solidum propositum vobis cum sola non alloquendi, imo totis viribus mulieris aspectum vitandi, insuper, quod si casu, aut aliqua causa, occasio occurrat, Deiciatur non peccabit. 3. Per verum propositum, & promissionem separationis, quando erit possibilis, cessante impossibilitate moralis. 4. Per fervidam orationem pro divino auxilio, & frequentia Sacramentorum, maxime confessionis cum eodem Confessario; à quo medio vitandi periculum formale per actus proprios nulla causa sufficit ad excusandum, etiam si sit periculum vitae; quia praefata media, nempe firma detestatio peccati, propositum, constans, & imploratio divini auxilii, &c. sunt in potestate cujuslibet hominis, adeoque ad illa quilibet homo tenetur, etiam cum periculo vitae; nam quilibet homo tenetur ad vitandum peccatum mortale, etiam cum periculo vitae.

3654 Non sufficit propositum remissum, & tepidum, quia non est sufficiens ad vitandum, aut saltem extenuandum periculum formale peccandi, sed requiritur valde intantum, & constans.

3655 Sit exemplum. Puella post diuturnum tempus concubitus, conscientiae moribus mota accedit ad Confessarium, exponens impossibilitatem moralem exundi ex ea domo, seu necessitatem moralem in ea permanendi, quia alias, utpote omni spe humana destituta, aut fame periret, aut in majus malum, nempe in publicum meretricium caderet. Confessarius cognita impossibilitate morali occasione extrinsecam repellendi, eam monuit, ut periculum formale vitaret, aut saltem extenuaret per actus proprios, & resistendo, uti supra. Respondit mulier se non posse eicere firmum & verum propositum resistendi: libidini complicitatem, quatenus resistendo incurrit eandem impossibilitatem moralem, quoniam certo cognoscit, quod tunc de domo expelleretur, & ita eadem mala incurret.

3656 In hoc casu Confessarius non potest

hanc puellam absolvere, nisi de domo illa egrediatur; quia impossibilitas moralis excolat à repellenda occasione extrinsecam, at non excolat à proposito firmo repellendi periculum formale per proprios actus, ob rationem allatam; adeoque in hoc casu impossibilitas moralis dicti propositi est vincenda per repellendam occasionem extrinsecam.

3657 Illa igitur puella non potest absolvi, nec deobligari à repellenda occasione extrinsecam, quia non habet efficaciam & constans propositum vincendi periculum formale per proprios actus, & resistendi constanter, non obstante, quod sit à domo expellenda; ita tere discussit Cardenas cit. Qui tandem ad paritatem de concubinario, qui ob impossibilitatem imoralem excusatur ab expellenda muliere, in cap. 7. art. 2. num. 148. respondens, ait: *Diversa itaque est ratio in concubinario, qui urgentissima necessitate caetus testinet faminam: iste enim potest per propositum efficax, & implorationem divini auxilii, extenuare periculum peccandi; haec autem famina non potest illud extenuare per propositum, & alia media, nisi expellenda sit à domo, ut supponit hypobesit.*

3658 Casus contingere potest, ut occasio proxima sit voluntaria viro, sed involuntaria mulieri. Voluntaria viro, in quantum ipse libere petit, & querit. Involuntaria mulieri, in quantum ob sui pulchritudinem experta est, quod etiam in aliis domibus eandem occasionem est passura, nec alium modum vivendi sine eodem periculo habet, & aliunde ipse non querit virum, sed passive se habet, & patitur. Et consequenter, quod ipsa possit absolvi, quatuor praemissis conditionibus. Vide in pag. 3. prop. 41. ab Alex. VII. damn. & in p. 6. prop. 62. ab Innoc. XI. damn.

CIRCA OCCASIONEM PROXIMAM, QUAM QUIS PATITUR,

3659 **P**lura congerit Sieri in suo opusculo de Sacram. Pœnit. in editione de anno 1698. ut sequitur:

Quamvis quis fuerit in occasione proxima peccandi mortaliter, est tamen dispositus, si eam non, sed patitur, dummodo adhibeat alia remedia necessaria ad vitandum relaxatus.

Hanc propositionem concedit communiter, & sensus Theologorum. Et ratio est, quia in tantum qui voluntarie versatur in occasione proxima, quam potens tollere non vult, tollere, non est dispositus ad abolitionem Sacramentalem, quia habet actualem voluntatem peccandi, adeoque caret proposito sufficienti. Quod autem habet voluntatem actualem peccandi, pat-

3660 tet, tum quia vult causam, ex qua sequitur peccatum, unde censetur, velle peccatum; tum etiam qui non vult adimplere id, ad quod tenetur sub peccato; tenetur autem sub peccato ad removendam occasionem proximam peccandi. At hac non militant in eo, qui patitur occasionem proximam peccandi, quia non vult causam peccati, adeoque non censetur velle peccatum; nec voluntarie omittit adimplere id, ad quod tenetur, quia non tenetur ad id, quod moraliter non potest præstare. Doctrinam hujus rationis brevis complexus est S. Basilus in consil. *Monaster.* c. 4. *fil.* 489. ubi dicit, in hujusmodi casibus hominem non amare periculum, sed illud invitum subire. Videatur etiam D. Thom. 2. 2. qu. 10. art. 7. in corpore. Ex hac ratione apparet, causam excusantem ad non removendam occasionem proximam peccandi, talem debere esse, ut reddat remotionem moraliter impossibilem, adeoque non sufficere ad non fugiendam occasionem proximam peccandi causam aliquam utilem, aut honestam: quod adeo verum est, ut opposita sententia damnata fuerit ab Innoc. XI. Et quidem merito, quia charitas propria dicitur, quod nulla utilitas fit praesentia periculo proximo peccandi. Nec ulla ratio honestatis potest honestate perseverantiam in periculo proximo peccandi, adeo ut magnum bonum non solum temporale, sed nec etiam spirituale possit reddere licitum, quærere directe occasione proximam peccandi, ut idem Pontifex declaravit, damnans oppositam sententiam. Adde, nec sufficere quancunque necessitatem permittendi in occasione proxima peccandi, ad hoc ut aliquis non teneatur illam removere. Est ergo requirita talis necessitas, ut reddat moraliter impossibilem tollere occasionem proximam peccandi. Haec autem necessitas est vel infamia, magnum damnum, atque incommodum gravissimum sive in corporalibus, sive in spiritualibus; haec enim mala ingerunt moraliter impossibilitatem.

3661 Ex dictis sequitur primo, posse absolvi Chirurgum, quando sine suo gravi detrimento, vel infamia, non potest omittere exercitium suae artis, quamvis in medicinis feminis experiat voluntarias pollutiones, dummodo adhibeat alia remedia, quae videri possunt necessaria ad vitanda peccata. Idem iudicium sero de viris fundentibus chyliteres mulieribus, Sanch. l. 9. de matr. disp. 45. & alii.

3662 Sequitur secundo, Confessarium etiam non Parochum, esse dispositum ad abolitionem Sacramentalem, etiam si nolit credere ab officio audiendi Confessiones, quomvis in tali exercitio experiatur tentationes delectationes morosas, aut voluntarias pollutiones, si abstinendo à confessionali patriatur gravem infamiam, aut notabile detrimentum, & damnum in bonis fortune, adhibeatque alia congruentia remedia, Toletus, Castrop. & alii.

3663 Inferitur tertio, cum Navarro in *summa* c. 3. nu. 21. de Lugo, disp. 14. de pœnit. nu. 152. Suario de *pœnit. disp.* 32. lect. 2. Reginaldo tom. 1. lib. 8. n. 19. Gratiano p. 1. de c. 28. n. 23. Coriolano de *casibus pœnit. servatis* fol. 76. Lopez p. 1. instr. c. 22. & aliis communiter, si similitudinis non teneri domum Patris delere, quando in ea esset talis occasio peccandi, quam ipse tollere non potest, quia in hoc non est sui juris: dummodo vere pœnitent, & alia quae alicuius emendatio, feratque propositum adhibendi alia media.

3664 Inferitur quarto, Adolescentem saepius peccantem cum filia domini, vel alia familia, si nequeat sine notabili damno occasione removere, esse dispositum, quamvis in occasione permaneat, quia illam non vult, sed eam subit invitus, Tancred.

3665 Inferitur quinto, Mercatorem, Scribas, atque aliorum officiorum personas, non teneri delere officia propria, quamvis in illis exercendis experiatur proximas occasionem peccandi, si dicta officia nequeant delere sine notabili damno, puta, quia non habent aliunde, ex quo viverent, Castropal. *tract.* 2. disp. 2. *par.* 6. §. 3. Navar. *Grat.* & alii communiter.

3666 Inferitur sexto, cum Thoma Hurtado tom. 1. tr. 1. c. 7. ref. 5. citante plures alios, Citharedos, Magistros scholarum, & similes absolvi posse, quamvis noliat sua ministeria omittere, & quamvis in illis experiantur occasiones proximas peccandi, si ad ea exercenda compellat urgencies necessitas. Spectat autem ad prudentem Confessarium bene attendere in tali particulari, an vere subumbenda essent gravia illa damna, & incommoda, si pœnitens hujusmodi occasione tollat: sepe enim non est prudens in pœnitente timor dæi mali subeundi; qui est nimis facilis falli, dum credere dulce est.

3667 Inferitur septimo, cum supra, Adolescentem non teneri, vel cum tabulam cuba-

re, ne dormiat in lectulo cum forore, quamvis expertus sit pluries peccate; est enim gravissimum incommodum, supra tabulam, vel humi dormire; tenetur tamen alia media proportionata praeferre: & ex eadem ratione optime dicit Tancer. *tr. de Sacram. penit. disp. 3. q. 14.* posse absolvi adolescentem, qui cum alio adolescente in lecto solet habere tactus impudicos, etiam si non proponat deserere lectum, si debet humi cubare, & alia media praeferat.

Intertur octavo: esse absolvendam concubinam, vel Concubinariam, si noluit ad cohabitationem separari, ob metum cadentem in constantem virum, ob metum quam mortis, mutilationis, amissionis notabilis fame, honoris: est tamen necessitas urgens, quae cogit Thom. Hurtadus, & ex ipso Leander *tr. 5. de penit. disp. 7. q. 74.* Adhibere tamen debet alia remedia efficaciora, quae absque illo gravi incommodo adhibere potest.

Intertur nono: posse absolvi, qui non flatim ejicit feminam, cum qua solutus fuit peccare, si gravissimum damaum in refectuario, ac pecunia deberet pari, Ovedus *nom. 2. tr. 6. contr. 3. n. 163.* dummodo cohabitatione fit ad breve tempus, ut notat Castrop. *tr. 2. disp. 2. punct. 9. §. 3.*

Intertur decimo: esse dispositum ad abolitionem Sacramentalem illum, qui cum consanguinea, vel alia femina habitante in diversis domo, habet frequentes tactus in honestis, quamvis noluit abstinere ab ingressu illius domus ob gravem infamiam, quam subiret, nisi ingrederetur. Navar. *in sum. in cap. 3.* dummodo tamen adhibeat alia remedia.

Aut tamen, si postquam adhibita sunt alia remedia, & poenitentis sapiens absolutus in eadem relapsus sit peccata sine ulla emendatione, possit absolvi, quamvis noluit omittere istam occasionem, est gravissima difficultas, atque ea tota pendet ab illa quaestione, an in tali casu reneatur poenitentis subire istud grave damnum, ut tollat occasionem proximam. Non teneri ad hoc, adeoque posse in praedicto casu absolvi, docet cum Vivaldo, & aliis, Cardinalis Delugo *de penit. disp. 14. n. 156.* Ratio his Doctoribus est, quod si prima vice non tenebatur, neque deinde tenetur; nam cum occasio proxima non sit peccatum, sed dispositio ad peccatum, non potest conferari ex illo gravissimo damno, quod ex resolutione occasionis subire deberet; & ut approbans hanc sententiam, ait Gobat, *in quat. tr. 5. c. 32.* in tali

casu ille, qui occasione proximam patitur non vult, sed permittit peccatum, se exponendo periculo cum proposito resistendi, quoad poterit. Quod adeo firmum est Cardinali Delugo, approbantibus Dicastillo, & Gobat, ut dixerit, Petrum constitutum in periculo proximo peccandi, quod avertere nequit, nisi incurrat extremam paupertatem, & calamitatem, si haberet revelationem, quod sit tentationis iucubatorum, non teneri illam occasionem removere, & adeoque posse absolvi, si animum habeat utendi omnibus aliis mediis, quae Confessarius prudens inungat. At oppositum docet quia si adhibitis omnibus aliis mediis, periculis verans in illa occasione proxima, non experitur ullam emendationem, videtur, quod remotio talis occasio sit unicum medium ad vitanda peccata, adeoque adhibere obligatione tollendi tale periculum, nec ab obligatione eximitur ratione damni, quod paralusus erit, juxta illud: *Sic oculus tuus, vel pes tuus scandalizat te, ergo vum: & quidem debet homo, juxta Christi Domini preceptum, amittere potius omnia bona mortalia, ne animam suam detrimentum patiarur.* A fortiori dabunt hanc doctrinam Tannerus *rom. 4. disp. 6. n. 112.* Lopez *in Instru. Moria cap. 8.* Cajet. & Corradus, qui omnes docent, etiam si nulla alia media fuerint inutiliter adhibita, adhuc non obstante quocumque damno teneri hominem deserere occasionem proximam. Ad argumentum pro opposita sententia respondetur: Non teneri hominem, ante adhibita alia media, subire illud grave damnum ex remotione occasionis; quia haec remotio non apparet unice necessaria ad vitanda peccata; apparet tamen unice necessaria, si postquam adhibita sunt alia media, haec videntur insufficientia ad impediendos relapsus. Unde non est mirum, si aequum adhibita fuerint alia media, homo sit dispositus ad Sacramentalem abolitionem, non vero post adhibita inutiliter alia media; nam in primo casu, cum remotio occasionis non fuerit unicum medium, non tenebatur homo ad illud subire periculum cum notabili incommodo; in secundo casu, cum censatur unicum medium, tenetur ad illud etiam cum notabili incommodo; adeoque, si illud adhibere renuat, non est dispositus ad Sacramentalem abolitionem.

Ubi obiter monito Confessarios, ut omnino curent, quod illi, quorum conscientias dirigunt, vivant caute in usu opinionum etiam

etiam probabiliorum; potest enim accedere casus, quod aliqua opinio considerata praeter aliam circumstantiis, appareat tuta, & tamen hic, & tunc non sit tuta in praxi, vel ex eo, quod in praxi sit trahiva alicujus inconveniētiis, adeoque illa eadem virtus, quae prohibet illud inconveniens, prohibet etiam hanc, & tunc unum illius opinionis. Vel potest accedere, quod usus alicujus opinionis in praxi impediatur aliquod medium unicum ad obviandum alicujus virtutis, ad quam tenemur ex precepto; illa quidem virtus obligat, ne deducatur in praxim illa sententia. Vel potest accedere casus, quod usus alicujus opinionis sit cum periculo tuinae animae: hujusmodi sententiarum usum, & reverentiam erga Deum, & amor propriae salutis aeternae impediunt, v. gr. qui probabiliter credit, se commissurum peccatum, si talis, vel tali occasione se exponat, nequit se illi occasione committere, licet etiam probabiliter judicet, nullum patratum peccatum; nam hoc secundum iudicium cum potest esse fallax, ac propterea, qui coe ducetur, traheatur ad periculum tuinae, ut merito ac recte discurrunt communiter scholastici contra pauculos.

Hec Sieri. 3660 In recensitis tamen corollariis est (maxime quoad praxim) attendendum, si sit vera impossibilitas moralis, & non figuretur. Et ubi est vera, si vere praemissa quatuor remedia adhibeantur, & non pallientur; quod contingere potest in pluribus: Sit exemplum in corollario decimo, ubi non video practicum impossibilitatem moralem; quae inquam moralis impossibilitas est viro ad abstinentiam ab ingressu diversae domus, ubi est mulier, cum qua frequenter tactus inhonestus est expertus? Saepē quae occupationis supervenientis causa, solet diu desiderare ab accessu domus mulieris, quam frequentare solebat, absque illa impossibilitate morali, & absque eo quod inde gravis infamia oriatur: hoc igitur idem, quod practiceatur necessitate, cur non potest practiceari virtute?

3661 Insuper Cardenas *disp. 40. n. 155.* recte ait, cadere sub damnatione Innoc. XI. in *prop. 62.* opinionem, [quam non pauci docent, nempe *licetrum esse non fugere occasionem proximam cum iactura divitiarum, seu bonorum fortune.* Non enim limitat ad urgentem necessitatem moralem concubinariam, neque ad impossibilitatem moralem. Quare ista causa, quam asserunt, ut concubinarius non teneatur expellere occasionem proximam, manet intra terminum solus utilitatis, atque in terminis comprehensis sub damnatione.]

3662 In quolibet ergo casu occasionis proximae, quam quis patitur, non est danda patienti

absolutio, nisi impossibilitas moralis sit vera, & quatuor remedia vere ob eo adhibeantur, *juxta dicta in n. 365. n. ad 3657.* Et accurate est attendendum, ne fiat palliatio, & passio obsecret. Et si fuerit moritum ipsius P. Sieri in fine. De occasione proxima involuntaria agit Aut. *de Spir. S. de Sac. Penit. tr. 5. disp. 5. n. 127. ad 183.*

QUÆRES I.

3663 Sacerdos, qui est in occasione proxima, quatenus retinet domi concubinam, sacris indutus vestibus in Sacraria confitetur, & promittit Confessario, se esse unum concubinam, An Confessarius debeat illum absolvi?

R. Ep. Nec debere, nec posse, maxime si facta interrogatio, reperiat idem alicujusmodi promissum, & non servatum promissum. Ratio est; quia ex una parte negando abolitionem, impedit periculum nullitatis Sacramenti, & sacrilegii ob periculum nullitatis Sacramenti, quae quidemstantibus circumstantiis rationabiliter praesumitur. Ex alia parte non facit injuriam Sacerdoti; quia potest hinc providere per veram contritionem: v. rom. 3. r. 64. ad num. 279.

QUÆRES II.

3664 An Confessarius possit permittere poenitentem, qui concubinam dimisit, ut ad ejus domum accedat ad visitandos filios, quos ex ipsa genuit? A. Sfirmat Sanctius in *selectis disp. 19. num. 9.* si non sit periculum recidivientiae, nec scandalum, in quantum consistit de emendatione. Sed rectius Clericus *cap. 122. num. 33.* cum Diana docet, non debere accessum permittere sine necessitate, & tunc non nisi cum probis sociis, v. n. 3646.

PRUDENTIA CUM RECIDIVIS.

3665 R. Ecidivitas, seu consuetudo peccati, proprie distinguitur ab occasione proxima, quae occasio proxima, ex num. 1044. ultra periculum formale peccandi dicitur occasio extrinsecam; consuetudo vero est frequens recidivientia in idem peccatum, sine emendationis apparentia, orta ex intrinseca fragilitate; hinc consuetudinarius, & recidivus dicitur juvenis, qui frequenter se pollicetur, nullam emendationem ostendens; hic quidem non tenetur ad occasionem repellendam, quia occasio est ipsa fragilitatis carnis juvenis intrinseca, & involuntaria, tenetur ad periculum formale vitandum, aut saltem extenuandum per actus proprios supernaturalis. No.

3666 Nominè autem confuetudinarii, & recidivi, quoad prudentiam Confessarii, veniunt etiam illi, qui sunt in occasione proxima extrinseca involuntaria, ob impossibilitatem pyhicalium ad moralem eam repellendi, Bertaldus in Reg. prud. cit. & Tamb. tom. 2. in meth. Conf. l. 3. c. 3. §. 4.

3667 Item, aliud est [ait Cardenas] negare confuetudinario absolutiorem, donec auferat confuetudinem; & aliud per unam, vel alteram hebetudinem absolutiorem differre, ut vim sibi inferat contra confuetudinem. His præmissis,

3668 Dico 1. Confessarius, si vel ex prævisis monitionibus, vel ex proprio remorsu videt in confuetudinario aliquam emendationem, quatenus non cum tanta frequentia, sed rarius cadit, debet illum absolvere, Tamb. & Bertaldus cit. quia tunc penitens est dispositus, & stante aliqua emendatione, habet ius ad absolutiorem; & denegatio, aut dilatio absolutiorem, posset eum desperare, ut caderet in pejus. Hinc

3669 Dico 2. Confessarius desperans de emendatione confuetudinarii, si prudenter discernit eum non habere verum propositum non peccandi, sed remissum, aut eo tenus; debet absolutiorem denegare, aut differre, donec reperiat eum dispositum cum firmo proposito non peccandi. Si vero in eo discernat verum propositum non peccandi, potest libere eum absolvere, sed etiam potest absolutiorem differre, Cardenas disp. 29. c. 5.

Asserit tres habet partes. Ratio prima, quia tunc penitens non est dispositus, cum ei deficiat verum propositum.

3670 Ratio 2. Quia tunc penitens est vere dispositus, adeoque potest Confessarius illum absolvere, iuxta illud Trid. sess. 14. cap. 1. Penitentes per Sacerdotum sententiam non seruet, sed toties quoties ad penitentiam Tribunal confingerit, posse ab admittis peccatis liberari; & D. Hieron. Epist. 46. ad Rusticum: Non solum seruet, sed septuagies septies delinquenti, si convertatur ad penitentiam peccata condonantur: v. num. 3073.

3671 Ratio 3. quia Confessarius non solum est iudex, sed etiam medicus; & quia dilatio absolutiorem est validum remedium ad curandum, aut saltem extenuandum morbum confuetudinis peccati, ideo poterit Confessarius illud adhibere quando prudenter expedire iudicaverit. Ad hoc autem ut inquit Cardenas cit. cap. 2. num. 12. [magna requiritur prudentia in Confessario; nam remedia, que aliquibus profunt, aliis possunt nocere ob diversas infirmitatum dispositiones. Id etiam insinuat Conc. Later. 3a. cap. omnia utriusque sexus, dicens: Sacerdos

autem sit discretus, & cautus, ut more periti medici supponat vinum & oleum vulneribus sauciati.

Confessarius igitur sit medicus, non carnis; & pyhis finis sit ovem lucrari, non perdere: v. n. p. 6. prop. 60. ab Innoc. XI. damn. & n. 3052.

PRUDENCIA CUM MERETRICIBUS.

3672 **T** Amb. in meth. Conf. lib. 3. c. 3. §. 5. cum Bauci, & Nav. absolute tenet, meretricem in lupanari existentem posse absolvi concurrentibus tribus, videlicet: 1. iusta causa permanendi in eo loco, quatenus hic & nunc alium non habet, 2. ita tamen ut omni conatu curet alio abire. 2. vera detestatio peccati. 3. constanti proposito Dei auxilio non peccandi in ea occasione.

3673 Dico: si huiusmodi meretrix accedat ad Confessarium sponte, ex vera penituntine, & cum eximio dolore, tunc posse absolvi concurrentibus dictis tribus, maxima ut à n. 3652.

Si vero accedat tempore Paschali, ut satisficiat præcepto, non debere statim absolvi, sed differendam esse absolutiorem iuxta prudentiam Confessarii, attenta eius frequentia ad peccandum, quia tunc potest prudenter dubitare, an propositum sit efficax, & constans. Eximitur semper casus, quo illa extraordinarium dolorem, & propositum habet, ut Confessarius prudenter discernet, tam à Deo efficaciter factam, & visam: tunc quidem expediens est, ut statim absolvat, monitionibus confirmet, & Sacramentorum frequentia muniat.

C A P U T VI.

PECCATUM PHILOSOPHICUM.

De Peccatis.

3674 **C** Elebris, sed non satis clara est divisio peccati actualis in philosophicum & theologicum; quamplurimum autem expositionum consuevit leclsa.

Hæc quidem divisio solum habet locum in actibus ab intrinseco malis, ut perjurio, homicidio, odio Dei, &c. hoc præmissis.

3675 Dico: Peccatum Philosophicum, & Theologicum, non distingui, nisi tenes diversas consideraciones; idem enim peccatum, vel, g. homicidium innocens, dicitur Philosophicum consideratum, ut contrariatur naturæ rationali, seu rationi: dicitur Theologicum consideratum, ut offensa Dei, & contrariatur legi.

legi æternæ; consideratio enim rationis, & virtutis moralis naturalis est Philosophi; consideratio vero Dei, eiusque legis æternæ est Theologi: Hinc homicidium innocens consideratum, ut contrarium principio naturali rationis: Quod tibi non vis, alteri ne feceris, dicitur peccatum philosophicum; consideratum vero, ut contrarium legi æternæ, theologium.

Revera tamen, & ex natura rei idem peccatum, nempe idem homicidium innocens est philosophicum, & theologium, quia eo ipso, quod adverterat rationi naturali indispensabiliter adverterat Deo, ejuisque legi æternæ, adeoque est offensa Dei, & peccatum theologium. Unde non datur peccatum philosophicum re ipsa, & in praxi à theologico separatum; non enim dari potest homo legis naturalis invincibiliter ignarus.

3676 Lex namque æterna interior Dei ex n. 142. non consistit in imperio libero ad extra, sed in iudicio intellectus repræsentantis bonum, & malum naturale, & in actu voluntatis divinæ reprobativo, & complacentiæ circa malum, approbativo, & complacentiæ circa bonum, explicato per verbum indicativum, Nolo malum, v. g. homicidium, Volo bonum, v. g. dilectionem proximi.

3677 Quæ lex (ut vides) est naturalis, & necessaria, estque lex proprie dicta, & obligatoria, quia actum divinæ voluntatis includit. Quæque lex nobis innotebit, & intinatur independentè à revelatione, & locutione libera extrinseca, sed per lumen naturale, eo tempore, quo homines usum rationis accipiunt, ita ut usus rationis sit dicto legis notificatio, & intimatio; hinc per huiusmodi legem incipiunt discernere inter bonum & malum, adeoque ex eo tempore lex naturalis incipit obligare. Quare, si non supervenisset lex externa Dei per revelationem & locutionem liberam factam Moysi, prohibens homicidium, & præcipiens dilectionem, adhuc obligati essemus ad non occidendum, sed didicendum; huiusmodi namque locutio, seu imperium liberum, non est aliud, nisi externatio legis æternæ naturalis interioris.

3678 Quod autem adetur huiusmodi lex naturalis intimata nobis per usum rationis, & naturæ lumen, independentè ad omnem promulgationem externam, suadet Regius Philosophus in Dial. 4. qui, cum interrogasset. Quis offensus nobis bonum à ut scilicet ea sequamur, respondet: Signatus est super nos lignum cuius tui Dominus. Hinc Paulus ad Rom. 2. Genes naturaliter ea, que legi sunt, faciunt, & Examen Ecclesiæ.

sibi ipsi sunt lex, & ostendunt opus legis inscriptum in cordibus suis. Et tandem Cicero. 1. de legibus, legem naturalem definit, quod sit: Ratio summa insita in natura, que jubet ea, que faciendæ sunt, prohibetque contraria.

3679 Insuper ultra lumen naturæ legem æternam cunctis hominibus intimans, & Deum esse demonstrans (Dei namque existentia est naturaliter cognoscibilis) dantur divina auxilia sufficientia, ut non detur in praxi ignorantia invincibilis Dei, & legis naturalis æternæ.

3680 Firmiter demonstratur ex serâ & sincera Dei voluntate, qua teste Apostolo, 1. ad Tim. 2. Deus vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Super quo præclarum est testimonium D. Clementis Rom. l. 2. confit. Apost. c. 59. Ex ore Domini Nostri Jesu Christi audivimus, & perfecte scientes didicimus, que sit voluntas Dei, bona, placens, & perfecta, per Jesum Christum nobis demonstrata, ut nullus intereat, sed universi homines unanimi sententia credentes ei, & unanimes laudem ferentes in eum, vivant in eternam.

3681 Ex quo fit, ut nullum hominem Deus delinquentem mediis sufficientibus, & necessariis ad sui, & fidei cognitionem. Et quidem sua universalis, & mirabilis providentia, teste Joan. cap. 1. illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

Hinc Theologi docent, nullum ex infidelibus esse, quem Deus per se ipsum, aut per Angelum custodem non illuminaverit; sive explicite, prædicatores mittendo, vel interne, suggerendo fidem; sive implicite, inspirando, quod facta, in qua versatur, sit falsa, ac prorsus veram inquirat; quod quidem asertum suadet, tam ex recentio testimonio Joannis, quam ex diligentibus Angelorum custodia; quoniam sicut Angelus tenditor non semel fides vexat circa mysteria fidei; ita credibile est, quod Angelus Custos non semel infidelibus inspirat, quod facta, in qua versatur, sit falsa.

3682 Præterea efficacibus & præclarioribus mediis munire volens [ut ait Paulus, 2. ad Corinth. 5.] Pro omnibus mortuus est Christus, ut & qui vivunt, iam non sibi vivant, sed ei, qui pro ipso mortuus est, & surrexit: adeoque nullus hominum est ex fidelibus, & infidelibus, gentilibus, & atheis, qui influxum à Jesu Christo non accipiat. Vide in pag. 7. prop. 4. §. 6. ab Alex. VIII. damn.

3683 Hinc colliges, in actibus ab intrinseco malis malitæ philosophicæ esse naturaliter annexam malitiam theologiam, que offensam Dei, & peccatum mortale, cui cor-

respondet poena aeterna, à cuius incurfu ignorantia non exulat; quia poena aeterna non est poena extraordinaria, ut censura, &c. sed ordinaria, & quasi naturalis, annexa culpae lethali; adeoque qui libere & adverterent consentire in malitiam moralem naturalem gravem, tacite consentit in poenam aeternam, quoniam nedum philosophice, sed etiam theologice peccat, cum offendat Deum.

3684 Hac ratione, qui in lege natura contra eam graviter deliquerunt, peccato mortali, & theologico peccaverunt, & fi in co-cesseverunt, damnati sunt, ut in Caino contingere potuit.

3685 Totam rem mirè firmat, & declarat Apoll. ad Rom. cap. 2. dicens: *Quicumque enim sine lege peccaverunt, sine lege peribunt*, id est: (inquit Lyranus) legem scriptam non habentes, quales fuerunt Gentiles, sine lege scripta peribunt, quia habuerunt legem naturalem bonum, & malum ostendentem; & ideo Gentiles operantes contra dictamen illius legis, merebantur puniri, & viventes secundum ipsam, premiari. Unde concludit Apoll. *Cum enim gentes, quae legem non habent, scilicet Moisaicam, naturaliter ea, quae legis sunt, faciunt*; scilicet ex naturali dictamine rationis, ejusmodi legem non habentes, scilicet Moisaicam, ipsi sibi sunt lex: id est, ratio naturalis, quae est principalior pars hominis, propter quam dicitur totus homo, ipsa quidem est eius lex; quia lex scripta divina, vel humana, est à lege naturali derivata, quantum ad agibilia; quia prima principia agibilia sunt impressa intellectui practico, ex quibus derivantur leges quasi quaedam conclusiones.

3686 Proinde Apoll. cap. 5. ut removeret objectionem quandam, quae fieri posset, quod peccatum, ut pote quod definitur *transgressio legis divinae*, non fuerit ante legem scriptam, inquit: *Utique ad legem enim peccatum erat in Mundo*, quia licet antea non erat lex scripta, erat lex naturalis infecta mentibus humanis. *Peccatum autem* (prosequitur Paulus) *non imputabatur, cum lex, scilicet scripta non esset*. Non quia Deus non imputabat illud in conscientiam, & ad poenam; sed quatenus tam creverat Gentium malitia, & passio carnis, quod lex naturalis fuerat obscurata, in tantum, ut eos transgressorem Gentis non reputabant peccatum, sed peccata sicuti aquam bibebant, & sine robore etiam publice committant; unde in Genes. 6. dicitur: *Vidimus autem Deus, quod malum esset hominibus in terra, & cuncta cogitatio cordis intusa esset ad malum omni tempore, paucitatis enim, quod hominem fecisset in terra*. Et Genes. cap. 19. *Delebimus enim locum*

istum, eo quod increverit clamor eorum coram Domino, qui misit nos, ut perdamus illos. Unde Sancti Patres dicunt, hanc, scilicet offuscationem legis naturalis, fuisse unam ex causis, ut Deus legem scriptam dederit.

3687 Revera tamen ante legem scriptam fuit peccatum; quia fuit lex naturalis, cujus transgressio est peccatum. Constat ulterius ex poena; nam ait Apoll. ad Rom. 5. *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors*, in poenam: propter peccatum enim Deus ante legem scriptam punivit aquis diluivi totam carnem, & agne Sodomitum Urbem. Hinc teste eodem Apoll. ad Eph. cap. 5. *Propter hoc enim*, scilicet fornicationem immunditiam, & avaritiam, *venit ira Dei in filius dissidentiae*.

3688 Hinc merito ab Alexan. VIII. die 24. Augusti 1690. damnata fuit propositio sequens:

Peccatum philosophicum seu mortale, est actus humanus disconveniens naturae rationali, & rectae rationi; theologicum vero, & mortale, est transgressio libera divinae legis. Philosophicam quantumvis grave in illo, qui Deum vel ignorat, vel de Deo actu non cogitat, est grave peccatum, sed non est offensiva Dei, neque peccatum mortale dissolvens amicitiam Dei, neque aeterna poena dignum.

3689 Exinde excluditur primo error eorum, qui conceptus formales peccati philosophici, & theologici, solum metaphysice (& ut melius dicam) secundum diversa connotata, & varias consideraciones distinctos, in re, & practice spectantes, insuper ignorantiam Dei invincibilem practice, imo regulariter admittentes, dixerunt, Americanos, Romanos, & Gentiles, qui vitam adulteris, turpis, furis, & homicidis plenam duxerunt, non peccasse peccato theologico, quia Deum non cognoverunt; sed solum peccato philosophico, in quantum praemissa delicta solum contraria rationi naturali cognoverunt: ac proinde non commisisse offensam Dei, nec fuisse aeterna poena dignos.

3690 Secundo excluditur error eorum, qui Molinistarum errores sectantes, & latam viam peccandi licentiae aperire volentes, praecisiones objectivas, imo & formales, praeclicas, ac phycas chimerizaverunt, dicentes an-mas unitas, tentationibus carnis urgentibus, non debere curare, quid agat sensus, sed in Deo amare, & unione perillere, & si malevolentia in libidines, etiam virgineum muliere, prorumpant, non peccare theologice, quia nec offensam Dei, nec Deum actu cognoverunt. Quae major fatuitas! Præterdunt silitere in unio-

PECCATUM MORTALE, ET VENIALE

3699 **D**ifferunt, quia Mortale privat hominem gratia sanctificante, constituit Deo inimicum, & dignum poena aeterna. Veniale vero non est humilmodi, sed solum impedit, ne homo in ferventioribus actibus bonos, & charitatis prorumpat. Quae differentia est à posteriori, & ab effectibus. A priori autem per Scotum 2o 2. d. 21. quæst. 1. lit. B. Peccatum mortale à veniali differt per hoc, quod mortale est *privatio rectitudinis debita ad Deum beatificum consequendum*. Veniale est *privatio rectitudinis non necessaria, sed utilis ad Deum beatificum consequendum*. Unde veniale dicitur dignum venia.

3700 Peccatum aliud est mortale, vel veniale ex genere suo, seu ex objecto, aliud per accidens ex circumstantiis adjunctis. Mortale ex genere suo est illud, quod est contra legem graviter obligantem. Veniale ex genere suo est illud, quod est contra legem leviter obligantem.

3701 Unde per hoc, quod aliquis actus fit contra consilium, non sequitur, quod sit peccatum: constat ex 1. ad Cor. 7. *De Virginitate præceptum Domini non habet, consilium autem hoc*. De ratione igitur peccati five mortalis, five venialis est, quod fit contra legem. Ait enim Apoll. ad Rom. 4. *Ubi non est lex, neque prævaricatio: & ibidem, c. 7. Non cognovi peccatum, nisi per legem*.

3702 Legem graviter obligare, vel leviter dignoscitur, vel ex modo loquendi Scripturarum, si poenam aeternam, v. g. comminatur, vel non: vel ex declaratione Ecclesiae, vel ex communi sensu Doctorum. Sit exemplum: Apoll. enim ad Galatas 5. postquam recenset peccata contra præcepta Decalogi, & similia lubdit: *Qui talia agunt, Regnum Dei non consequentur*. Loquendo autem de verbo otioso, &c. ad Eph. 5. non comminatur mortem, sed solum ait: *Quae ad vos non pertinent*.

Lex igitur interdit obligationem, consilium vero permissivam.

MORTALE, ET VENIALE PER ACCIDENS.

3703 **Q**uando dicitur mortale fieri veniale per accidens, & de converso, non est sensus, quod actus, qui est mortalis, fiat venialis, aut de converso, sed quod materia, quae ex genere suo esset mortalis, aut venialis, ratione circumstantiarum adjunctarum fit venialis, aut mortalis. In hoc sensu

3704 Peccatum ex genere suo mortale fieri potest veniale, 1. *Ex imperfectiore actu*, scilicet

unionem, & amore Dei, & simul illum non cognoscere; Stulte: Si Deum non cognoscis, quid amas? Idololum.

3697 Ad peccatum igitur theologicum, non requiritur quod fiat ex intentione expressa contrariandi Deum, seu legem naturalem aeternam; quia hoc adderet rationem contemptus formalis: sed quod actu cognoscatur esse contrarium Deo, seu legi naturali aeternae. Adeoque peccatum philosophicum, seu actus ab intrinseco malus, si sit voluntarius, quatenus scilicet cognitus esset contra rationem, adhuc est volutus, necessario est offensiva Dei, quia est contra legem aeternam, & inde contra eam legislatorum, qui est Deus.

PECCATUM THEOLOGICUM

3692 **A**ctuale ex D. Augusti. est dictum, factum, vel conceptum contra legem aeternam; per Scotum, est *carentia rectitudinis debite inesse actui*. Quae definitio licet proprie comptat peccato commissionis; ex ea tamen hauriri potest definitio peccati omissionis, quod fit non dictum, non factum, vel non conceptum contra legem aeternam.

3693 Carius, *Peccatum commissionis est, quod fit id, quod prohibetur: Peccatum omissionis est, quod omittitur id, quod præcipitur*.

3694 Peccata spiritualia sunt, quae consummantur per potentias spirituales, ut superbia, ira, &c. Carnalia sunt, quae consummantur per potentias carnales, ut furtum, homicidium, fornicatio, &c. Item peccatum actualiter dividitur in peccatum cordis, oris, & operis; quatenus tripliciter peccari potest, cogitatione verbo, & opere.

3695 Peccatum habituale est macula relicta in anima ex peccato actuali moraliter permanente.

3696 Peccatum originale est carentia iustitiae originalis transfusa ab Adamo per vitium seminale in posterum.

3697 Vulnera peccati originalis sunt quatuor, Ignorantia, malitia, concupiscentia, & infirmitas. Quae vulneratio orta est ex dissolutione illius ordinis, & armoniae, quae ex dono iustitiae originalis habetur; ut corpus animae, sensus rationis, & ratio Deo plene subieceretur. Eius poena est exilio à vita aeterna.

3698 Et quavis haec quatuor vulnera sunt principie effectus peccati originalis, sunt etiam effectus peccati actualis, personalis, mortalis: nam per illud ratio hebetatur, & obcuratur in agendis; voluntas inclinatur ad malum, induratur ad bonum, infirmatur ad tentationes vincendas, & ad bonum arduum aggrediendum; denique potentia appetitiva, & sensus magis serviunt ad malum.

et ex defectu plenae advertentiae, aut libertatis, de quo fufe modo; qui defectus potest univerfali- ter dari in qualibet materia.

3705 2. Ex parvitate materiae. Parva materia est illa, quae fufficit gravitate finis, iudicio prudenti parum conducit ad diftinctum finem & legi- tate intentum. Hinc, quia iudicio prudenti labor unius horae parum conducit ad finem vacandi Deo defo, multum vero labor sex horarum; ille ille erit materia parva, & venialis, ifte magna, & mortalis.

3706 Parvitas materiae mortali excufans non datur in omnibus materiis; non enim datur in materia infidelitatis, in fimonia de jure divino, in juramento falfo aſſertorio, in materia luxuriae, ut fufius dictum est in propriis locis. Parvitas materiae non datur in illis materiis, in quibus ex ratione per fe prima ob- jecti notabilis oppofitio ad virtutem, quae circa illud verfatur, ut in allatis exemplis, v. g. in actu haereticis contra fidem; datur vero in illis materiis, in quibus ex ratione per fe prima ob- jecti oritur oppofitio ad virtutem, necque gravis, neque levis, fed talis est ratione per fe fecunda. Sic furtum oppofitur contra iuftitiam ratione damni proximi, quod non est grave, aut leve ex ratione per fe prima damni proximi, fed ratione quantitatis rei, aut conditionis perfonae.

3707 Peccatum ex genere fuo veniale fieri potest mortale per accidens, 1. ratione conficien- tiae erroneae, de qua in n. 9.

3708 2. Ratione contemptus aut inobedientiae formalis. Contemptus formalis, habetur, 1. Quando praecipit violatur; eo quia contem- nitur praecipiens formaliter, ut fuperior est, feu quando praecipit violas, eo quia ipſi, aut fuperiori fubjici renuis, & hoc est peccatum fuperbiae confummatae. 2. Quando non vis obedire praepo aut fuperiori, quia praecipitum est, vel quia fuperior est; & hoc peccatum est inobedientiae formalis.

3709 Qui peccat contemptu formali, duo peccata committit in Confessione exprimens; unum contra virtutem, cuius est praecipitum, alterum contra obedientiam, vel contra Religio- nem, fi Deum praecipientem contemnat.

3710 Qui contemnit contemptu materiali praecipitum humanum leve, aut grave in materia levi, venialiter peccat; mortaliter autem, fi fic contemnat praecipitum divinum. Contemptum materiale in praefenti voco, quo quis praecipitum violat, ex eo quia contem- nat praecipientem fumptum non formaliter, ut fuperior est, fed materialiter, ut talis homo est, v. gr. quia est indifcretus, imprudens, indoctus, indignus, &c. Ratio est, quia in i. ca-

fu, contemptus dicitur non abfolutus, fed fe- cundum quid, quo contemnitur homo talis, non potestas, ac proinde injuria non fedundat in Deum, à quo est omnis potestas; in 2. casu injuria fit Deo, qui etiam quodlibet Deū eſſe fummam reverentiam dignus.

3711 Item non peccas mortaliter, fi rem le- vem parvipendas, non quia praecipitum est, & re- late ad praecipientem formaliter, fed ex ira, ut quia res levis est. Idem est, fi parvipendas rem le- vem praecipitum praepo divino, ex eo quia praepo res levis est; fitamen pures vel praepo- tum divinum, alias tacitam blaſphemiam committeres, & facriligium: v. n. 2070.

INOBEDIENTIA FORMALIS

3712 **E**st vitium inclinans ad non facien- dum, quod jubetur, ex eo princi- paliter, quod jubetur. Materialis est, quae inclinat ad non faciendum, quod jubetur. Inobedientia formalis importat malitiam fpecificam inobedientiae in Confessione exprimens. Inobedientia vero materialis est circumſtantia generalis incluſa in omni peccato, ac proinde non involvit malitiam inobedientiae, nec est in Confessione exprimens, niſi praefupponat praecipitum fuperioris fpecialiter obedientiam intendens: unde qui furatur, regulariter fo- lum contrahit malitiam furii, minime inobe- dientiae, niſi furtum fit ulterius prohibitum ſub praepo formali obedientiae.

3713 Praecipitum formale obedientiae ha- betur, quando fuperior praecipit: In virtute fanctae obedientiae, In nomine Chriſti, aut fimili forma; & tunc tenetur obedire ſub mortali, quia intendit obligare, quantum potest: ſub veniali, vel nullo, fi alia forma utatur, Bulemb. l. 4. c. 1. dub. 4.

3714 Declaratur; ut praecipitum fuperioris obliget ſub mortali, duo fimul requiruntur juxta dicta de lege, n. 149. nimirum fuperioris intentio, qua intendat ſub mortali obligare, & gravitas materiae: nam potest fuperior ſub veniali obligare in materia gravi. Gravitas au- tem in materia confiderari potest vel fecundum fe, vel ratione finis, & circumſtantiarum: hinc quavis non poſſit fuperior praecipitum ſub mortali obligans imponere in materia omnino levi; potest tamen, fi materia, quae est in fe levis, fit gravis ex fine, & circumſtantis, ut dictum est in rom. 2. n. 12. Unde praecipitum for- male obedientiae, latum ſcilicet in virtute fanctae obedientiae, &c. fupponere debet in mate- ria gravitate, fecundum fe, aut ratione finis, & circumſtantiarum.

3715 Hoc praemiſſo. Quando gravitas praepo, & intentionis fuperioris non conſtat, tunc

tunc est defumenda ex gravitate formae verbo- rum.

Gravitas formae verborum habetur, fi praepo- tum imponitur, non verbis communibus, Praecipimus, injungimus, mandamus, volumus, & fimilibus; fed verbis fpecialibus, In virtute S. Obedientiae, in nomine Chriſti, ſub obſervatione divini iudicii, ſub pana maledictionis aeternae, &c. ut à n. 173. ad 178. Donatus tom. er. 17. q. 22. 13. & 14.

3716 Inobedientia formalis ſemper involvit malitiam gravem, etiam ſi materia fit levis, quia involvit contemptum fuperioris, & praepo- toris ut talis. Inobedientia materialis, lup- polito praepo obedientiam intendente, est gravis, vel levis, juxta gravitatem, vel levi- tatem materiae. & juxta dicta n. 3710.

3717 Religioſus ex vi voti obedientiae non tenetur ad obedientiam formalem, fed mate- riam; quia non votat obedientiam forma- lem, & ſub voto obedientiae, fed obedientiam materialem, videlicet executionem rei quae praecipitur, ex quoquoque motu vo praepo- tur: hinc à mortali excuſatur ex levitate materiae: v. à n. 2077. ad 2071.

3. RATIONE PERICULI PROXIMI.

3718 **D**E eo actum est à n. 3637.

QUÆRES I.

3719 An, qui concupiſcit mulierem, cuius ſta- tum ignorat, aut mulierem in communi, peccet peccato ſuperi, adulteri, vel ſacrilegii?

Negat Tamb. tom. 1. lib. 1. cap. 1. §. 4. n. 13. quia non potest assignari cuius ut ſpec- cia. Vult autem, quod debeat in Confessione aperire, fe concupiſſe mulierem, cuius ſta- tum ignorat, vel mulierem in communi, quia alias non exprimeret peccatum, quod patravit.

3720 Reſpondeo; ſic concupiſcens, vel ita ſtatum ſciminis ignorat, ut neque de eius condi- tione dubitet, an fit conjugata, vel Deo dica- ta: & tunc malitiam ſimplicis fornicationis contrahit; quia aliae ſpecies, cum non ſint cog- nitae, ſunt involuntariae. Vel ita ignorat, ut licet non certiciat, dubitet tamen pruden- ter, an fit conjugata; & tunc contrahit ma- litiam adulteri, quia ejus periculo ſe exponit, & eſt paratus ad illam ſpeciem: v. n. 26.

3721 Eadem ratione mortaliter peccat, qui elicit actum in dubio, an fit peccatum grave, vel leve, niſi rationally deponat dubium.

QUÆRES II.

3722 An opera cum ſola confideratione actuali malitia in genere, niſi de gravitate, aut levitate cogitantis, vel dubitans, peccet mortaliter, aut venialiter?

Peccare mortaliter, affirmant Maſtrius in Theol. mor. dif. 15. q. 1. ar. 2. n. 12. & Bonac. 1. Quia operans aliquid cum cognitione malitia in genere, vult virtualiter illud agere, etiam ſi fit mortale. 2. Quia alias rudes in graviffimis peccatis, & furis regulariter à mortali excuſantur, quia regulariter, dum peccat, ſolum in genere apprehendant, quod male agant, minime quod graviter, & morta- liter male agant.

3723 Peccare ſolum venialiter, tenent Ari- agas de actib. bon. Nav. Bulemb. & plures apud eos. 1. Quia talis malitia ſic apprehenſa, eſt imperfecſa in genere moris, adeoque non potest actus contrahere ex illa malitiam gra- vem, fed levem. 2. Quia gravitas nullo pacto eſt cogita; igitur non eſt voluntaria, & inde contrahi non potest. 3. Quia alias ſi quando quis proferat mendacium leve, cogita- ret ſolum in genere actum eſſe malum, & nullo pacto cogitare eſſe leve, peccaret morta- liter ex diſparitate non assignanda; quod eſt valde durum.

3725 Falſum autem eſt, quod operans cum tali cogitatione cenſetur virtualiter vel- le actum, etiam ſi eſt mortalis, quia inten- tio virtualis ſupponit actualem praeteritum, in aliquo uno medio permanentem, quae nulla ſupponitur. Nec ſic operans eſt obligatus ad diligenter ad inquirendum, an actus fit mor- talis, vel non, quia de gravitate nulla ſupponitur in mente cogitatio, dubietas, aut ſuſpicio: ac proinde inadvertentia, & obli- vio eſt invincibilis. Nec ſequitur, quod inde rudes in graviffimis peccatis & furis regula- ritè à mortali excuſantur; quia regulariter, licet non advertant diſtinctè ad quantitatem furii, & damni v. g. fatiſ explicitè advertunt ad gravitatem in conſuſo; quod ſufficit, ut graviter peccent.

QUÆRES III.

3725 An hic actus, quo quis dicitur: Volo com- mittere omnia venialia, ſit peccatum mortale?

Reſp. eſt mortale, non ex genere ſuo, fed per accidens ratione periculi probabiliſ peccandi mortaliter, cui ſe exponit, juxta illud Eccl. 19. Qui ſpernit medicina, paulatim decidet, & D. Greg. III. part. admon. 34. Qui minima peccata devotare negligit, ſtatu ſuſcit, non quidem repente, ſed parvis ratuſ cadit. Maſtr. dif. 15. n. 50. & Lezana contra Caſtrop.

4. RATIONE SCANDALI, AUT FINIS,
De quo actum est à pag. 42.

AD PECCATUM MORTALE
REQUIRITUR

3726 **U**Ltra materiam gravitatem, quod sit perfecta voluntarius; patrum scilicet cum deliberatione intellectus, id est cum plena advertentia malitiae gravis, & cum pleno voluntatis consensu; ita ut ex alterius defectu excusetur quis à culpa mortali: debet, inquam, esse actus humanus, seu voluntarius, hoc est, procedens ab homine libere cum prava cognitione objecti; unde homo debet esse liber libertate proxima indifferentie ut ita agat, aut omitat, ut possit non agere aut non omittere: juxta illud Psalmi, *Beatus vir, qui potuit transgredi, & non est transgressus: facere mala, & non fecit.* Alioquin actus ab eo procedens dicitur actus hominis, quatenus ab homine procederet; sed non humanus, quia modo non libero etiam fieri potest à bruto; v. in p. 7. prop. 1. 2. & 8. ab Alex. VIII. damus.

3727 Plena advertentia tunc habetur, quando intellectus pro firmum & plenum judicet, cum libero & expedito interiorum sensuum usu de malitia objecti deliberat; de ea expendendo singula.

Advertentia imperfecta contingere solet, vel propter hominis ad singula discurrenda tarditatem, qui licet advertat rem esse malam, imperfecte tamen, & veluti in consulo advertit. Vel quia fit impeditus liber usus sensuum interiorum: ut contingere solet in somno, ubi aliquando habetur expressa cognitio malitiae gravis, & tamen non sufficit ad culpam, in quantum non sufficit ad libertatem consensum, quae plenam advertentiam supponere debet, & haec importat expeditum interiorum sensuum usum: Similiter, si sensus interni non sint omnino, sed aliquantulum impediti, & legati, ut contingit in illis, qui sunt statim à somno excitati; tunc cognitio malitiae, etiam gravis, dicitur semiplena, in quantum non est sufficiens ad plenam libertatem consensum requisitam ad mortale.

3728 Plenus consensus est plena & perfecta voluntatis libera approbatio, plenam advertentiam praesupponens, ad differentiam semipleni consensus, qui est imperfecta voluntatis approbatio, in quantum voluntas objectum non amplectitur toto (ut ita dicam) actu, sed imperfecte, & ex subreptione quadam.

Hinc voluntatis consensus ex duplici capite potest esse imperfectus. 1. ex defectu advertentiae ex parte intellectus. 2. ex defectu ipsius consensus ex parte voluntatis. Ratio primi; quia cum semiplena advertentia non potest itare perfectus consensus: ratio secundi; quia cum plena advertentia comparati potest semipleno consensui.

3729 In voluntate autem tres reperiri solent motus, & 1. motus primo primus, qui vel omnem usum rationis, & malitiae advertentiam praeventit, ac proinde nullo pacto est liber, vel (juxta mea principia) est aliquid imperfectissimam cognitionem supponat, est tamen ita celer, ut non sit in hominis potestate eum cohibere, in quantum vehementissima passio sensitiva, aut distractio, ita rationem perturbat, ut non sit locus libertati. 2. Est motus secundo primus, qui advertentiam imperfectam supponit, locum semipleni libertati relinquit, ita ut simpliciter impediti possit; & evenire solet ob distractionem, aut passionem aliquam sensitivam: nam licet, quando haec sunt perfecta, libertatem impediunt; ita quando sunt imperfecta, illam dimittunt. 3. Motus perfectus, & deliberatus, qui tunc habetur, quando consensus est plene liber, praesupponens rationem expendentem singula, quae malitiam concernunt.

3720 Motus primo primus nullum est peccatum, etiam si objectum sit in se graviter malum. Et sic omnino à peccato excusantur vehementissimi motus irae, concupiscentiae, & sensualitatis. Motus secundo primus est peccatum veniale. Motus tunc deliberatus est peccatum mortale, si materia sit gravis.

3721 Difficultas tamen non levis est ad dignoscendum, quandomam sit, vel non sit in actu plena advertentia, & deliberatio, pleneque ac perfectus voluntatis consensus. Et quavis ex dictis non mediocriter haberi possit notitia, ut tamen plenus rerum expendam, conclusiones, & signa valde utilia, quae communiter à Doctoribus recensentur, asseram.

3722 Signa igitur imperfectae advertentiae sunt. 1. Si remissio, & [ut ita dicam] ad similitudinem semidormientis, rei malitiam apprehendit. 2. Si postea melius consideras, judicas te id non fuisse facturum, si ita apprehendisses. 3. Si vehementi passione, apprehensione, vel distractione laborasti: vel turbatus fuisti, ita ut fere nescires, quid ageres. Ita Bufemb.

3723 Signa imperfecti consensus sunt. Primo, si quando actionem alias graviter malam qui fecit, non fuit plene sui compos, sed quasi semidormiens, distractus, &c. ita ut judicet, se

id non fuisse facturum, si plene vigilasset. Imo addit Mairius in *Thesol. moral. disp. 15. de peccatis*: quod, si quis post factum dubitet an id fecerit in somno, vel in vigilia: num esset sui compos, vel non, &c. non est leve indicium, id fecisse sine plena advertentia, & sine pleno consensu; nam quae cum plena advertentia sunt, facilius sic facta cognoscuntur, quia plena advertentia praeterita liberam permitit homini de suis actibus cognitionem, nisi forte temporis mora aliquam induxerit oblivionem.

3724 Secundo, si quis dubitet, an plene concenserit. Si sit vir timoratae conscientiae peccatum mortale abhorrens, eique dissentire solitus, praesumendus est, non plene consensisse; licet aliquam in repellendis tentationibus negligentiam admiserit. Secus est judicandum de viro perditio, tentationibus succumbere solito. Ratio utriusque est; quia ex juris peritis valida praesumptio & probabilitas ex consuetudine desumitur.

3725 Tertio, si quis valde timide & suspense se processisse meminit. 4. Si compertias te fuisse sub tali dispositione, talibusque circumstantiis, ut facilius potuisses peccatum exequi, non tamen sis executus; imo cum tui plene compos es, praes viribus repositus, praesumere potes te non plene consensisse; quia non ita facilius affectus deliberatus mutatur. Hinc ut advertit Tamb. *cap. 1. de Peccatis, §. 3. nu. 28.* quando motus pravus tempore imperceptibilis insurgit, & paulo post, ut advertis, curas expellere, est signum nullius, aut certe dumtaxat imperfecti consensus praesentis. Dixi: ut advertis: quia si non advertis, poterit motus pravus, utpote delectatio morosa, aut alius motus per notabile tempus absque peccato durare; licet non sit verisimile, quod intra notabile tempus advertentia malitiae gravis non suppetat.

3726 Quinto denique, si quis solet ita esse affectus, ut animum firmum, & saepe repetitum non committendi mortale habent, praesumere potest non plene consensisse peccato. 1. Quia hic non consentit facilius. 2. Quia quando aliquid est multoties odio habitum, si postea plene ametur, facillime, & sine difficultate cognoscitur.

3727 Quilibet ex conjecturis praefatis facit judicium probabile, quo tuti esse possumus, non fuisse plenum consensum, ac proinde nec peccatum mortale. Quae conjecturae sunt firmiter menti danda pro serenitate conscientiae.

3728 Colliges, quod si in actu, seu objecto sint plures malitiae speciei distinctae, tu tamen

advertas tantum ad unam, illam contrahis, non aliam: v. g. si quis cognoscit feminam, ignoret tamen esse conjugatam, malitiam fornicationis contrahit, non adulterii, quia illa, non haec, fuit cognita, & inde voluntaria. 3729 A peccato excusantur. 1. Impotentia physica, five moralis; quia ad impossibile nemo tenetur: v. tom. 2. pag. 525. 2. Violentia absoluta; quia tollit voluntarium: v. n. 2493. 3. Eadem ratione excusatur ignorantia invincibilis five juris, five facti. De qua in tom. 2. §. 68. De metu, quando excuset, dictum est hic pag. 31. v. in pag. 7. prop. 2. ab Alex. VIII. damus.

DISTINCTIO SPECIFICA
PECCATORUM

3740 **D**ifferentia per oppositionem ad diversas virtutes, vel ad diversas honestates ejusdem virtutis, seu per diversum modum tendendi contra eandem virtutem. Exemplum primi fit in fornicatione, & adulterio, quae distinguuntur speciei; quia fornicatio opponitur virtuti castitatis, adulterium vero lupercidit malitiam injustitiae, quia opponitur castitati, & justitiae, ob injuriam quae inferunt alteri conjugii, qui est dominus corporis conjugis.

Exemplum secundi fit in furto, & rapina quae opponuntur eidem virtuti justitiae, & tamen distinguuntur speciei, quia rapina superaddit malitiae injustitiae furti injuriam violentiam, quae est diversus modus tendendi contra eandem virtutem justitiam, & importat oppositionem ad virtutem honestatem ejusdem virtutis, quae diversitas modi tendendi potius reliquitur discernenda prudentis arbitrio. Aliud exemplum clarius est in diversitate modi tendendi per excessum, & per defectum contra eandem virtutem, ut in n. 2786. & 1086.

DISTINCTIO NUMERICA
PECCATORUM

3741 **N**on desumitur à distinctione numerica praecceptorum, sicut neque distinctio specifica peccatorum absolute desumitur ex diversitate praecceptorum, Diana p. 1. tr. 7. ref. 22. Leander *bic. tr. 4. disp. 8. §. 8. a. g. s.* contra Nav. nam praecceptum non surandi, & praecceptum non concupiscenti rem alienam, sunt diversa; & tamen surtum, & desiderium surandi sunt ejusdem speciei. Item homicidium est unum numero, & speciei peccatum; & tamen est contra duo praeccepta, divinum, & humanum.

3742 Dixi: absolute, quia saepe ex praecceptorum diversitate etiam peccatorum diversitas

specifica à posteriori colligitur, & tunc habetur, quando præcepta intendunt virtutes diversas, sive materia sit diversa, sive eadem: sic fractio jejunii præcepto Ecclesiastico præscripti, & simul à Confessario in satisfactionem juncti, duplicem malitiam specie distinctam contrahit, contra temperantiam, & poenitentiam; quia præceptum Ecclesiasticum habet, ut motivum formale, temperantiam; præceptum vero Confessarii, satisfactionem Sacramentalem poenitentiae.

3743 Quando vero præcepta, licet diversa, sunt circa eandem materiam, & idem motivum formale, tunc unicum specie erit peccatum: hinc qui die Dominico, quo aliud festum occurrit, Sacrum omittit, vel die Quadragesimæ, quo vigilia contingit, jejunium frangit unum specie & numero peccatum committit, quia utrumque præceptum eandem virtutem & honestatem intendit, nempe Religionem, & Dei cultum in auditione Sacri, & temperantiam in jejunio.

3744 Eadem ratione, in sententia mihi probabiliori, quod *Franciscani* non habeant nisi tria vota essentialia, cætera vera sint pure præcepta: Franciscanus in Quadragesima die Veneris, quo vigilia occurrit, jejunium frangens, unum numero & specie peccatum committit, non obstante, quod tria transgrediat præcepta: secus est dicendum in sententia, que eos tenet esse obligatos ex voto ad jejunium, quia votum Religionem intendit.

3745 Item *Distinctio numerica peccatorum non desinitur ex distinctione numerica objectorum*, Leander *hic tr. 4. dist. 8. §. 3. a. q. 19.* Tamb. & alii. Ratio est, quia gratia admittit, quod ex distinctione numerica peccatorum denatur in eodem actu plures malitiae numero distincte (quod negant Filliuc. Suarez, & alii) adhuc inde non sequitur, quod consequantur plura peccata numero distincta; nam peccatum non est unum numero ex sola malitia morali, sed etiam ipsa entitate individuali actus; adeoque licet plures numero sint malitiae, si unicus est actus, qui est eorum subiectum, unicum erit peccatum; sicut in physicis, si plures essent albedines in eodem subiecto, unum esset album, non plura; concreta enim accidentaliter multiplicentur numero ad multiplicationem numerice subiectorum, non formarum. Tum quia *Trid. sess. 14. c. 8. & can. 7.* nos obligat ad exprimensum in Confessione speciem, & numerum peccatorum; minime, ad numerum malitiarum.

3746 Hinc resolves, unum numero pec-

catum committere, nec teneri ad explicandum numerum personarum. 1. Eum, qui unica explosione bombardæ plures occidit. 2. Qui unico actu plures mulieres concupiscit. 3. Qui unico actu detractionis plures læsit. 4. Qui unico actu malo pluribus scandalum dedit. 5. Qui unico actu bona multorum surripuit. 6. Qui simul circa plura sub juramento mentitur.

3747 Dices: Qui unico actu plures baptizatus, ut in *num. 2988.* plura numero baptizata perficit; igitur, qui unico actu plures homines occidit, aut unico actu plures mulieres concupiscit, plura numero peccata committit.

Resp. disparitatem esse, quia ex *nu. 2991.* homo est subiectum baptismi, & ideo, si unico actu baptizetur plures homines, tot numero erunt baptismi, quot homines, ut recensitam rationem; quia concreta accidentaliter multiplicatur numero ad multiplicationem numericam subiectorum: respectu autem actus occisionis, & actus concupiscentiæ, homo, & mulier non est subiectum, sed terminus, & objectum; & quia ex offensis ab objecto actus speciem sumit, non numerum, ideo, qui unico actu plures occidit homines, aut unico actu plures concupiscit mulieres, non tot numero peccata committit.

3748 In his tamen casibus, & similibus non sufficit dicere, *uno actu commissi homicidium, semel concupisconi conjugatam, &c.* quia non fatetur peccatum, quod committit; sed debet in plurali dicere, *semel occidi plures, semel concupisconi plures conjugatas.*

3749 Item adverti debet, an numerus objectorum sit excedens, ut notabiliter aggravet; quia tunc est aperiendum, juxta dicta *2. n. 344.*

3750 Insuper qui unico voluntatis actu statuit omittere divinum officium per mensem, aut annum, vel jejunium per totam Quadragesimam, non committit tot numero peccata, quot sunt dies, sed unum: unde sufficit, si dicat, *habui voluntatem omittendi unius anni officium, frangendi jejunium per multum tempus, &c.* In casu autem, quo dictum actum voluntatis executioni mandatur non recitando, non jejunando, &c. singulis diebus, tunc quolibet die unum novum peccatum pararet, ratione omissionis externæ officii, & actus externi fractionis jejunii.

Ratio est. 1. Quia singulis diebus recitare posset, & jejunare. 2. Quia actus illi externi sunt actus disparati, omnino consummari, & completi, quorum unus secundum ext-

fit

similationem morale prudentum non facit unitatem morale cum alio; sicut enim unius diei recitatio non ordinatur ad aliam, ita una omisso recitationis quoad unum diem non ordinatur ad aliam.

3751 E contra, qui eodem die omittit recitare plures horas, unum numero peccatum committit, & non tenetur numerum horarum exprimere, quia in officio unius diei una hora ordinatur ad aliam: adeoque omnes constant unum officium diurnum. Leand. *cit. His præmissis.*

3752. Dico 1. *Distinctio numerica peccatorum desinitur ex distinctione numerica actuum voluntatis moraliter interruptorum.* Ratio est; quia peccata sunt concreta accidentaliter, quae multiplicentur numero ad multiplicationem subiectorum; & cum præcipuum subiectum malitiæ formalis peccati sit actus voluntatis, sequitur quod ad multiplicationem numericam actuum voluntatis, cujusmodi sunt actus moraliter interrupti, multiplicentur numero peccata, tam illa que solum consummantur interius in voluntate, quam illa que consummantur exterius per alias potentias; quoniam nullus haberi potest actus bonus, vel malus, nisi ab ipsa voluntate elicitive, vel imperatively procedat.

3753 Difficultas est in assignando, quando unus actus voluntatis interni moraliter interrupti censetur? Canus vult non interrumpi; nisi per actum contrarium: sic volens fornicari cum Berta, si ab hac voluntate cesset per aliquam distractionem, aut somnum, v. gr. noctis, & postea, quando advertit, eandem voluntatem amplectatur, non tenetur has renovationes explicare, quia censetur moraliter unus actus, & solum sunt plures numero materialiter, & physice.

3754 Filiuc. addit, interrumpi etiam per liberam cessationem ab illo. Diana addit, interrumpi etiam per quantum cessationem involuntariam, nempe somnum, &c.

Maltr. inquit, actus voluntatis tunc censeri moraliter interruptos, quando nec formaliter, nec virtualiter perseverant in aliquo effectu.

Tamb. asserit, actus voluntatis physice interruptos ob distractionem, negotia, somnum &c. accipere unitatem morale ad permanentia habituali malæ cogitationis, ratione cuius permanentiæ animus illius peccatoris semper est affectus, & promptus ad cogitationes illas malas; nisi interruptio physica sit tanta, ut non censetur adesse dicta permanentia, sed evanuisse: ut si habenti voluntatem occidendi

inimicum superveniat plurium mensium, aut mortalium infirmitas, si postea voluntatem occidendi reasumat, distinctus actus censetur, & cum priori non continuatur.

3755 In harum opinionum varietate illud certum est, actus voluntatis moraliter interrupti per retractionem, seu voluntatem contrariam.

3756 Dico 2. *Distinctio numerica peccatorum etiam desinitur ex distinctione numerica actuum externorum moraliter interruptorum.* Ratio est eadem, quia actus externi moraliter interrupti, sunt plures numero moraliter distincti actus, ac proinde numero distincta peccata.

3757 Explicatur assertio: actus externi sunt duplicis generis, Ordinarii scilicet, aut *Disparati.*

ACTUS ORDINATI

3758 **A**D unum numero actum, seu finem precipiat, ut sit quis, ad hoc ut inimicum occidat, ut puellam obtineat, per plures menses parat insidias, adiuvat media, &c. omnes illi actus non sunt peccata distincta ab ipso actu finali, sed unum peccatum, quia unitatem numericam sumunt ab ipso actu finali; unde effectu scuto, sufficit dicere: semel fornicatus sum, homicidium commisi. Solum adverti debet, an aliquis ex illis actibus contineat malitiam specificam, à malitia actus finalis distinctam, v. g. malitiam scandali, &c. ut de circumstantiis dictum est; quia tunc talis actus est specialiter aperiendus utpote mutans speciem.

3759 Hinc colliges 1. *Ofensa*, tactus, verba impudica, & alios actus copulam præcedentes, comitantes, & subsequentes, unum numero peccatum integrare cum actu principali, nempe cum copula, quæ sola est explicanda, quia omnes hujusmodi actus ordinantur ad unum actum principalem, ut dispositiones, partes, complementa, aut appendices operis.

3760 2. Qui obtinuit finem, non tenetur actum voluntatis, & decretum illud procurandi exprimere, nisi fuerit moraliter interruptus; sed sufficit, ipsum peccatum consummatum fieri, v. g. copulam. Si autem finem non sit affectus, sufficit, si dicat, se procurasse homicidium, puellæ copulam, &c.

ACTUS DISPARATI

3761 **S**unt, quorum unus non dependet ab alio; ut si quis nunc blasphemat aut concupiscit puellam, & hinc ad horam iterum blasphemat, aut concupiscit puellam, independenter tamen à primo actu.

3762 De istis loquendo, si fiant eodem impetu, & calore, seu si posteriores fiant ex vi prioris, censentur moraliter continuati, & consistant unum numero peccatum. Si vero non fiant eodem impetu, & calore, seu si posteriores non dependant à priori, censentur moraliter interrupti, & plura numero peccata: tales regulariter censentur, si multum intermediet temporis, v. gr. si inter unam, & aliam blasphemiam intermediet hora: Tunc si adit dubium, debet exprimi tempus.

3763 Hinc resolvens, unum numero peccatum committit eum, qui uno impetu, & eodem calore pluries, etiam aliqua interruptione physica intercedente, inimicum percutit blasphemet, pejeret, detrahat, & Confessarium, qui in mortali successively plures confessiones audit, unam post aliam.

3764 E contra, qui plures successively occidit, vel eadem nocte plures fornicationes habuit, etiam cum eadem muliere, & voluntate continuata per totam noctem fornicandi, debet numerum occisionum, & fornicationum exprimere, quia tot numero peccata committit. Similiter Sacerdos die Natalis Domini tres Missas in mortali celebrans, tria sacrilegia committit, Diana p. 11. tr. 1. ref. 2. Leander hic n. 5. disp. 8. §. 3. q. 9. 10. & alibi.

3765 Quorum ratio est, quia quando actio habet terminum definitum, & limitatum, in quo completur, & terminatur, multiplicata actione, multiplicantur numero peccata; minime, quando non habet terminum definitum. Prioris generis, secundum prudentem, & communem hominum existimationem, est plures fornicationes successively habere sub uno voluntatis impetu, aut tres Missas die Natalis in mortali celebrare, quia sunt actus omnino consummati, non facientes inter se unitatem moralem. Posterioris vero generis sunt auditiones plurium confessionum, quia fiunt seorsim à Confessario per modum unius, & iudicia illa moraliter existimantur uniri.

Tum quia confessiones plurium excipiuntur (ut ita dicam) uno impetu, & calore, una mente assistentia, ac proinde censentur actiones moraliter unitae.

De fornicationibus specialiter patet, quia

una copula est terminus completus, & consummatus; nam non est via ad aliam, sed potius impedimentum; hinc alia non pendet à priori, sed à perversa voluntate peccatoris.

3766 Ex dictis concluditur regula universalis, hoc est, distinctionem numericam peccatorum desumendam esse ex distinctione numericam actuum moraliter interruptorum.

CAPUT VII.

De septem vitiis Capitalibus.

3767 **1. Superbia est appetitus inordinatus propria excellentie.** Quatuor sunt eius species. 1. Cum quis existimat habere à se bona gratia, naturae, & fortunae. 2. cum cognoscit habere à Deo ea bona, sed ex suo merito, & iustitia. Utraque est ex genere suo mortalis, & non excusatur, nisi ob inconsiderationem. 3. Cum ceteris de respectu, appetit videri, quod habet, quae est mortalis, si aliorum despectus sit notabilis. 4. Cum iactat se habere, quod non habet, de qua modo.

3768 **Jactantia est mortalis, vel venialis iuxta qualitatem rei, de qua quis se iactat:** & 1. iactantia de bono, etiam si sit de re falsa, est ex se venialis, mortalis vero per accidens, si fiat cum notabili contemptu, aut damno aliorum, ut fuit iactantia Pharisaei Luc. 18. 2. Jactantia de peccato commisso est mortalis, si peccatum est mortale. Non tenetur quis explicare speciem peccati, de quo se iactavit, nisi cum iactantia interveniat gaudium, aut complacentia de illo. Leander hic n. 5. disp. 8. §. 3. q. 22. Diana p. 3. tr. 4. ref. 161. sed sufficit dicere: *Laudari me, aut glorificari sum de peccato mortali*; quia tota malitia iactantiae consistit, quod ad gloriam apud homines captandam allumit quis pro medio peccatum, ad quem finem materialiter se habet, quod peccatum sit hoc, vel illud.

3769 Narrare peccatum commissum non ob iactantiam, aut approbationem, sed ex levitate ratione supplicis relationis, est veniale: v. n. 2286.

3770 **Illis superbia sunt vanagloria, praesumptio, & ambitio.**

3771 **Vanagloria est cupiditas inanis gloriae:** est ex genere suo venialis. Potest fieri mortalis per accidens, uti iactantia: v. n. 2706.

3772 **Presumptio est appetitus aggredendi aliquid supra vires.** Regulariter est venialis.

3773 **Ambitio est inordinatus appetitus dignitatis, & honoris non debiti, vel debito maioris.** Est ex genere suo venialis; fit mortalis, vel ratione materiae, ut si ambias officium, quo notabiliter es indignus, vel ex circumstantiis, ut si modo, vel medio mortaliter malo, puta per simoniam, vel ratione damni, quod proximo inferatur; vel si fit cum notabili aliorum contemptu.

Moderate appetere, & acceptare honorem convincentem, & ob honestum finem, atque etiam iuxta rationis taxam firmiter impediementis resistere, & pericula aggredi, quae ejus consecutionem impediunt, non est actus superbiae, aut ambitionis, sed magnanimitatis.

3774 **2. Avaritia est inordinatus appetitus divitiarum.** Est ex genere suo venialis; fit mortalis, si ejus causa transgrediatur quis in materia gravi divina praecepta.

3775 **3. Luxuria est inordinatus appetitus venereorum.** Est ex genere suo mortalis: de ea in 6. prec. Dec.

3776 **4. Ira est appetitus inordinatus vindictae.** Est ex genere suo mortalis: de ea à n. 295.

3777 **5. Gula est inordinatus appetitus cibi, & potus.** Est venialis ex genere suo; fit mortalis. 1. Si fiat in tanto excessu, ut quis violenter jejunia Ecclesiae. 2. Si gula fiat notabiliter ineptus ad functiones, ad quas sub mortali tenetur. 3. Si inde graviter, & adverte ter suae salutis noceat.

3778 In hac materia fuit damnata ab Innoc. XI. sequens propositio, 8. *Comedere, & bibere usque ad satietatem est solam voluptatem non esse peccatum, modo non abstinere suis actibus suis.*

3779 **Quae propositio tria puncta continet, quae scilicet, & singillatim sunt ex genere suo venalia, & multo magis simul unita.**

3780 Et 1. Peccatum est, *comedere, & bibere usque ad satietatem, videlicet immoderate, quia comestio, & potus sunt ordinata à natura ad vitam conservandam; adeoque id, quod est illi superfluum, à recta ratione deviat, & inde est peccatum.*

2. Eadem ratione peccatum est, si id fiat ob solam voluptatem, quia qui sic comedit, comedit more brutali, pervertendo ordinem à natura institutum, ut in similibus dixi n. 2280. Non peccat autem, qui moderate comedit ob voluptatem, eam saltem virtualiter ordinando ad necessarium vitae sustentationem: quia tunc non habet voluptatem pro fine principali & unico, sed pro fine subordinato, vel pro medio ad finem principalem sustentationis consequendum; juxta illud, *Quod sapit, non nocet*; & sic non pervertit naturae ordinem. Ita

ferre discurrit Cardenas disp. 6. prop. 8. qui addit, quod comedens ob voluptatem, si moderate comedat, virtualiter pro fine principali sustentationem intendit, quia superfluo cibo non utitur, sed necessario ad sustentationem, adeoque non ob solam voluptatem comedit.

3781 **2. Quamvis licite possit appetitus naturalis suis actibus frui, id est verum, si fruatur ac complacenter moderate, & non pervertendo ordinem, & finem, ad quem actus est à natura institutus. Quoniam (ut ait D. Thom.) Omnia desiderabilia habent pro regula necessitatem convenientiam, ac proinde assumi debent secundum finem proprium, ad quem sunt à natura ordinata; sic concutus musicalis, est ordinatus ad laetitiam, aut ad naturam applicationibus defatigatam sublevandam, odorifera, ad capitis confortationem, aut terti odoris vitationem: adeoque appetitus naturalis hominis eis immoderate, aut ob solam voluptatem, & delectationem, sine peccato veniali frui non potest.**

3782 **Ebrietas est, quae quis violenter, & modo innaturali ob voluptatem, aut ingluviem, (scilicet ex usu rationis privat.) Est ex genere suo mortalis, quia est gravis Dei injuria, ejus imaginem sic deturpat, ut quis violenter jejunia Ecclesiae. 2. Si gula fiat notabiliter ineptus ad functiones, ad quas sub mortali tenetur. 3. Si inde graviter, & adverte ter suae salutis noceat.**

3778 In hac materia fuit damnata ab Innoc. XI. sequens propositio, 8. *Comedere, & bibere usque ad satietatem est solam voluptatem non esse peccatum, modo non abstinere suis actibus suis.*

3779 **Quae propositio tria puncta continet, quae scilicet, & singillatim sunt ex genere suo venalia, & multo magis simul unita.**

3780 Et 1. Peccatum est, *comedere, & bibere usque ad satietatem, videlicet immoderate, quia comestio, & potus sunt ordinata à natura ad vitam conservandam; adeoque id, quod est illi superfluum, à recta ratione deviat, & inde est peccatum.*

2. Eadem ratione peccatum est, si id fiat ob solam voluptatem, quia qui sic comedit, comedit more brutali, pervertendo ordinem à natura institutum, ut in similibus dixi n. 2280. Non peccat autem, qui moderate comedit ob voluptatem, eam saltem virtualiter ordinando ad necessarium vitae sustentationem: quia tunc non habet voluptatem pro fine principali & unico, sed pro fine subordinato, vel pro medio ad finem principalem sustentationis consequendum; juxta illud, *Quod sapit, non nocet*; & sic non pervertit naturae ordinem. Ita

6. INVIDIA: vide num. 315.

3783 **7. Acedia, ex D. Thom. est fastidium spirituum venum.** Unde importat quoddam tedium bene operandi juxta illud Plal. 218. *Dormivi animam mea pro tedio.* Est ex genere suo mortalis opere consummatum. Venialiter peccat, qui tedium & fastidium se afficit super jejunio, aut auditione sacri, &c: non quia bona sunt, & utilis animae, sed ob incommodum corporis; illa tamen, si sint praecipua, in executione implet. *Mastrus disp. 15. n. 124.*

CAPUT VIII.

De Indulgentiis.

3784 **I**ndulgentia est remissio pœnæ temporaliis extra Sacramentum per applicationem satisfactionis Christi, & Sanctorum, virtute clauium: vide n. 3179.

3785 Indulgentia, alia est plenaria, quæ remittit totam pœnam Purgatorii, quia satisfactio pro tota pœna temporali peccatis præteritis debita.

Hinc non potest quis unico actu plures Indulgentias plenarias lucrari, quia cum per unam tota remittatur pœna, per alias nil obtinetur; sed tunc omnes simul ad integrum effectum concurrunt. Gobat. tom. 2. part. 1. c. 13. num. 209.

Alia est partialis unius anni, septem annorum, &c. pro qua sciendum est, quod antiquitus secundum Canones aliquibus peccatis grauioribus imponebatur pœna, v. g. ieiunium, aut aliud, facienda per tot annos, quadragesimas diem, &c. singulis diebus, aut hebdomadibus, &c. Hoc supposito, quando conceditur Indulgentia partialis unius anni, centum annorum, plurimum quadragesimarum &c. per id non delignantur totidem anni, aut dies de pœnis Purgatorii, sed totidem anni, aut dies de pœnitentiis per sacros Canones iniunctis; adeoque Indulgentia centum annorum tantum tollit durationis Purgatorii, quantum tolleret penitentia centum annorum per sacros Canones imposta: quanta autem hæc sit, nemini notum est, nisi Deo.

3786 Ad Indulgentiam lucrandam sufficit intentio virtualis. Diana part. 4. tract. 4. res. 24. Leander de sac. rr. 5. disp. 14. q. 37. & alii apud Ardekin tom. 1. pag. 241. num. 13. tenent, quod ille, qui Indulgentiam ignorat, adhuc illam lucratur, si opus iniunctum exequatur, ob intentionem implicitam, qua, si sciret, vellet lucrari. Quolibet mane in Præparatione Missæ protestari solet, me intendere lucrari, tam pro me, quam pro defunctis, Indulgentias omnes, quas mediante eo sacrificio, lucrari possum.

3787 Per Indulgentiam remittitur pœnitentia satisfactoria à Confessario imposta, sed non pœnitentia medicinalis; & tunc non tollitur præceptum per ejus abrogationem, sed per materiam subtractionem.

3788 Indulgentia non remittit culpam, neque pœnam peccato veniali debitam, non

remissa culpa; quia pœna non potest remitti non remissa culpa.

3789 Qui est consecutus Indulgentiam; debet esse in gratia, saltem dum ultimum opus facit. In Indulgentia pro defunctis requiritur, quod ipse defunctus, & non operans sit in gratia, quia Indulgentia habet valorem ex opere operato, & ille, non ille, est tam consecutus.

3790 In Indulgentiis attendenda sunt opera iniuncta, & conditiones, quia tantum valent, quantum verba sonant: & licet possit dari parvitas materie, consultus est exacte opera iniuncta exequi.

Quando opponitur, quod sit confissus, & contritus, attendi debent verba: si enim ex illis colligatur, Pontificem velle statum gratiæ, tunc non erit necessaria confessio, si quis cognoscat se in gratia; erit autem necessaria, si exigatur tanquam conditio.

3791 Indulgentia concessa alicui Ecclesiæ, si Ecclesiæ paulatim, aut simul tota destruat, & sic paulatim, aut mox reedificetur, remanet Indulgentia; quia Indulgentia non datur loco simpliciter, sed Ecclesiæ, quæ est moraliter eadem. Et pariter Ecclesiæ, si de uno in alium locum reedificetur Superioris auctoritate, suas locum fert Indulgentias, si eundem seruet rituum, & Patronum. Quod si non reedificetur, Indulgentia amittit, Gobat tom. 2. rr. 4. part. 2. cap. 6. n. 362. Diana par. 6. tract. 7. res. 32.

3792 Indulgentiæ debent executioni dari gratis, nam à Summis Pontificibus in Breuiibus solet apponi clausula irritativa: *Presentes nulla sint, si aliquid pro scriptura, presentatione, publicatione, aut executione datur, vel sponte oblatum recipiatur.* Quod late aduertit Diana part. 5. tract. 13. res. 71. ubi refert mandata Regis Catholici pro obseruantia.

QUÆRES,

3793 An translato festo, transferatur quoque Indulgentia?

Resp. transferri, si transferatur festum non solum quoad Officium, verum etiam quoad forum, hoc est quoad abstinentiam à seruilibus; si Indulgentia sit concessa, non adfixa determinata diei talis mensis, sed pro die festo Sancti. Non transferri vero, si festum transferatur solum quoad Officium: Gobat tom. 2. rr. 4. part. 2. cap. 7. à num. 322. Diana par. 6. tract. 7. res. 31. Lezana, & alii apud ipsos.

Ratio desumitur ex intentione Legislatoris, nempe Summi Pontificis; Indulgentia nam-

De Indulgentiis. Cap. VIII.

nanque, ut constat ex Bulla 14. Clem. IV. & ex 24. S. Pii V. datur in usum & devotionem populi, atque in festi solemnitate: Populus autem non attendit ad officium, sed ad id, quod est publicum, nempe ad festi solemnitatem quoad forum, cui maxime confert Indulgentia: Ex quo fit, quod translato festo non solum quoad officium, sed etiam quoad forum, transferatur Indulgentia, si talis translatio non fiat voluntarie, sed juxta Rubricas, & ritum Ecclesiæ: non transferatur vero Indulgentia, si festum transferatur solum quoad officium.

3794 Et quamvis sit privilegium, seu decretatio Pontificum, ut in festis Primariorum Sanctorum Religiosum, Indulgentia transferatur una cum festo, ut præsertim Gregor. XIII. apud Peyr. & Gobat. cit. concessit pro festo S. Francisci de Paula.

Modo non est recedendum à dictis: quia tunc temporis huiusmodi festiva non erant forum quoad officium, verum etiam quoad forum, seu cum abstinentia à seruilibus; non sic modo post Urb. VIII. qui numerum festorum quoad forum restrinxit, & moderavit.

Ac proinde seruanda sunt Decreta Sac. Congreg. Rituum de die 30. Septembr. 1679. & 10. Junii 1690. relata in Rubricis particularibus nostri Breuiarii tit. 10. num. 109. quibus disponitur, quod translato festo, minime transferatur ipsa Indulgentia.

INDULGENTIA PORTIUNCULÆ

3795 **D**ie 2. Augusti in Ecclesiis Religiosis Seraphicæ applicari etiam potest pro defunctis. Ita est novissime declaratum, & concessum per Breve Innoc. XI. anno 1687.

3796 Item in Ecclesiâ Sanctæ Mariæ Angelorum prope Assisium non suspenditur ibi per annum sanctum, ex Breui Innoc. X. 5. Julii 1650. Clem. X. 12. Novembris 1574. & Innoc. XII. 21. Augusti 1699. In aliis vero Ecclesiis, & locis Ordinis, suspenditur pro vivis, minime pro defunctis: vide infra num. 3835.

3797 Insuper in recentia Ecclesiâ Sanctæ Mariæ Angelorum prope Assisium est perpetua quolibet anni die, per Breve Innoc. XII. sub die 8. Augusti 1695. tenoris sequentis:

(INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Redemptoris & Domini nostri Jesu Christi vices, licet immeriti, gerentes in terris, cœlestium munerum thesaurus, quorum dispensationem humilitati nostræ con-

misti Deus, fidei, prudentie liberalitate libenter erogamus, sicut pia sublimium Principum præclaris in Ecclesiâ Dei meritis fulgentium, ac Religiosorum visorum propriæ alienæque salutis laudabiliter incumbens ritum vota pollutant, & Nos ad augendam fovendamque fidelium pietatem profuturam in Domino arbitramur. Itaque spirituali Christi fidelium ad Ecclesiâ Sanctæ Mariæ Angelorum nuncupatam, Domus Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, prope, & extra muros Civitatis Assisien. assidue [ex acceptibus] ex universis Christianis Orbis partibus devotionis causâ confluxentium consolationi, atque animatum salutis, quantum cum Domino possumus, benigne consistere, nec non dilecti filii Bonaventuræ Poetri Ministri Generalis illius Ordinis supplicationibus, etiam totius Ordinis prædicti nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis, quibus pie, atque enixè plurimum orthodoxorum Principum preces in idipsum tendentes accessere, favorabilem assensum præbere cupientes, ac de Omnipotentis Dei Misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus utriusque sexus Christi fidelibus ad Ecclesiâ supradictam, sicut præmittitur, consentibus, qui illam vere penitentes, & confessi, ac Sacra Communionis resecti, in quocunque anni die devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæreticæ extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione piis ad Deum precibus effuderint, plenariis omnium peccatorum sanctorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut earundem presentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ ipsis presentibus habetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anulo Piscatoris die 8. Augusti 1695. Pontificatus Nostri Anno quinto.]

J. F. Card. Albanus.

3798 Eandem Indulgentiam quotidianam concessit visitantibus Ecclesiâ S. P. Francisci Conventualium Civitatis Assisii, Innocent. XII. per Breve, Commissi nobis.

QUÆRES I.

3799 An indulgentia Portiuncule in aliis Ecclesiis Ordinis possit pro eo die lucriferi toties quoties?

Certum est, quod stando in iure, non apparet talis extensio; nam Indulgentia illa sufficit toties, quoties, quæ est concessa perpetua simpliciter absque præfixione diei; quæ vero est affixa diei, non lucrifit, nisi semel eodem die, ut statuitur in Decr. Innoc. XI. de Apocryphis Indul. modo adducendo. Indulgentia autem Portiuncule: solum est primi modi Assisi, alibi est secundi modi.

Nec in diplomatis, quibus dicta Indulgentia plenaria à Summis Pontificibus conceditur aliis Ecclesiis Ordinibus, apponitur particula, *ad infra*.

3800 Si stemus autem praxi, fideles putant in cunctis Ecclesiis Ordinibus pro die secunda Augusti lucriferi toties quoties, ad instar Indulgentiæ Assisi; unde eam diem in continuis visitationibus infumunt: quod vidi præfari etiam Romæ, nedum à simplicibus, veram etiam à viris doctis, & Primatibus; unde hæc Indulgentia ubique nuncupatur Portiuncula; qua stante praxi, & consideratione, quod hæc Indulgentia sit extraordinaria, utpote que ortum habuit à Christo Redemptore, causam habet Religio confugiendi ad pedes Summi Pontificis pro expressa concessione, sicut concessum dicitur pro Indulgentia S. Francisci de Paula die secunda Aprilis.

3801 Modo tamen adesset Decretum S. Congreg. disponitur, *servandum esse solitum*, apud Martiniæ loci n. 2. p. 200. *ver. Indulg.* ut sequitur: *Emittentiss. & Reverendiss. Domini*.

(Episcopus Labacensis à parte Imperii Orator Devotus, EE. VV. humiliter exponit, quod non obstante Decreto Innocenti XI. de Apocryphis Indulgentiis sub die 7. Martii 1674. quo declaravit, semel dumtaxat in die plenariam Indulgentiam in certos dies Ecclesiam visitantibus concessam lucriferi, pergunt Fratres Ordinis Sancti Francisci Reformatorem Provincie Carniolæ populo persuadere, Indulgentiam pro die secunda Augusti, de Portiuncula nuncupatam, eorum Ecclesiam visitantibus concessam, toties, quoties, eadem die lucriferi posse.

Cum autem huiusmodi abusus ad Summum Pontificem ab Ordinariis delateri jubeat Sac. Congr. Concilii Trid. sess. 25. *de reformat. cap. 1.* in decreto de Indulgentiis.

Idcirco Orator quærit, & declarari petit, an præfata Indulgentia, de Portiuncula nuncupata, etiam comprehendatur sub Decreto, & de-

claratione felic. mem. Innocenti XI. supradicto. Pro qua gratia, &c.

Die 17. Julii 1700. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, audita relatione Procuratoris Generalis, & Ministris Provincialibus, censuit servandum esse solitum, apud impreſſam Cameralem.)

3802 Pro Ecclesiis S. Mariæ Angelerum: v. num. 3806.

QUÆRES II.

3803 Quomodo sit intelligendum ly, *toties, quoties*?

Pures tenent, esse intelligendum, ut visitationes pro eodem die sint, sive moraliter interruptæ, sive continuatæ; quia favores sunt accipiendi.

3804 Alii docent, visitationes debere esse moraliter interruptas, ut inter unam, & aliam visitationem, aliquid mediæ opus, & interpellatio. Afferunt exemplum in humanis: si quis enim, postquam Principem invisit, statim, & per plures vices absque interpellatione ad invisendum rediret, tales visitationes plus saperent risus, aut stomachi, quam pudentiæ.

3805 Si, quid sentiam, scire cupis: Dico secundum modum plus sapere prudentiæ humanæ; primum plus pietatis, ac simplicitatis. Scio tamen cum S. Job. c. 10. *Deo non esse oculos carnis, nec fieri videri homo, illum videre.*

PRO COMMUNICATIONE INDULGENTIARUM.

3806 IN Ordine Minorum de Observantia adesset Bulla Innoc. XII. die 15. Decemb. 1695. apud Rubricas particulares nostri Breviarii novi, ut sequitur:

(Innocentius Episcopus, &c. saltem, &c. Sua Nobis Dilectus Filius Fr. clarioris Diaz à Sancto Bonaventura, Sacrarum Congregationis Indiciis, Rituum, & super Disciplina, seu Reformatione Regularium Consultor, ac Missionariorum diversarum Provinciarum Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Familie Ultramontane Procurator petitione monstravit, quod alias ad ipsius instantiam, à fel. rec. Innoc. Papa XI. Prædecessore nostro, Litteræ in forma Brevis, sub die 9. Septembris. de Anno Domini 1686. emanarent, in quibus confirmata reperitur Communicatio Privilegorum, & Indulgentiarum, etiam Plenariorum, usque tunc non revocatarum, inter Ecclesias, Loca, Confraternitates, Congregationes, Ordines, & Personas utriusque sexus, obedientiæ, vel

directioni Ministris Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci subiectas, à pluribus Romanis Pontificibus, ipsius Innocenti, & Nostris etiam Prædecessoribus, eisdem per diversa privilegia concessa, à qua communicatione, prout iteratis vicibus à Sede Apostolica extirpi declaratum, resurgere dignoscitur, quod quando decoratum reperitur Altare unius loci, vel una Ecclesia, aut una Confraternitas, seu quavis Congregatio, Ordove aliquarum è dictis personis aliqua Indulgentia, sive Plenaria, sive non, applicabili pro modum Suffragii, vel non applicabili pro animabus Purgatorum, ad favorem earundem tantum personarum, vel omnium simul Christi fidelium concessa, minime tamen revocata, qui in eo Loco, Altari, vel Ecclesia Confraternitatum, id diebus in concessione expressis perferentur, quod per eandem concessionem fuerit præsumptum, in omni Loco, Altari, vel Ecclesia, Confraternitatum, Congregationum, Ordinum, & Personarum præfatarum, eadem Indulgentia ab omnibus respective acquirantur, qui iisdem diebus eadem ibi emiserint diligentias, in concessione taxatas.)

QUÆRES

3807 An stante prædicta mutua communicatione Privilegorum, & Indulgentiarum Ordini nostro concessa, omnia pia Loci Viæ Crucis, seu Calvarii à Religiosis, seu Ordinibus utriusque sexus, obedientiæ, directionis vel Ministris Generalis Ordinis Minorum S. Francisci subiectis, ubique terrarum ad instar Stationum Viæ Crucis, seu Calvarii Montis Ierosolimitæ, gaudeant eisdem privilegiis, & Indulgentiis, tibi à pluribus Romanis Pontificibus pro cunctis fidelibus utriusque sexus concessis?

3808 R. Ep. affirmative; sic nanque declaratum fuit ab Innoc. XII. in Bulla retata num. 3806. quæ incipit. *Sua Nobis*, declarativa communicationis prædictæ mutua communicationis factæ ab Innoc. XI. ubi inter alia requiritur resolutio hujus dubii, tenoris sequentis:

(Sed quia adhuc post prædictum Decretum dubitabant nonnulli, an mens dictæ Congregationis fuerit stabire, quod pia Loci Viæ Crucis, seu Calvarii, ad recolendam, seu meditando Christi Passionem, à præmemoratis Sanctis Sedibus erecta, comprehensa sint in præfata mutua communicatione, eadem Congregatio sub die 2. mensis Novembris mox elapsi declaravit, etiam præfata pia Loci Viæ Crucis, seu Calvarii,

comprehendi in sepe dictis Litteris dicti Innoc. XI. Prædecessoris Nostris, ac præinde frui, & gaudere posse Indulgentiis, & Privilegiis eisdem Litteris contentis, & expressis, ac Nos sententiam præmemoratarum Congregationis sub die 15. ejusdem mensis Nov. pariter benigne approbavimus, sicuti in Decreto præfate Congregationis, desuper similiter emanato, plenius continetur.)

3809 Insuper in alio Brevis ejusdem Innoc. XII. incipit. *Debitum*, &c. Ordini nostro concessa 19. Maji 1694. inserta, ac comprobata reperitur sequens dispositio in nostro Capitulo Generali edita, ut sequitur:

(Quod Tertiariorum vero, & Chordigerorum, serventur statuta, seu Decreta Capituli Generalis Romæ, ut præfatur, anno 1688. celebrati: omnimodoque adhibeatur cura, ut in cunctis Confraternitatibus erectis, seu erigendis in Ecclesiis Conventuum, seu Monasteriorum, &c. Exercitium Viæ Crucis, & orationis mentalis, quam citius stabiliantur, quæque introducta, una è Dominicis, seu diebus festis, pro quolibet mense, à Superiore Locali, de assensu directores Conventus, seu Monasterii, in perpetuum assignentur, ad consequendam Indulgentiam Plenariam, novissime à SS. D. N. Innocentio XII. in Brevis, *Alex.* benigne concessam.) Quæ ordinatio in non exiguum ceder animarum profectum, ubi ubique terrarum à Nostris praxi mandetur.

3810 Ex præmissis Bullis vides, hujusmodi pia loca debere esse erecta à Nostris: Indulgentiis vero lucriferi ab omnibus Christi fidelibus utriusque sexus.

3811 Indulgentiæ Stationum Viæ Crucis, & Calvarii Montis Ierosolimitæ, quibus per communicationem iuxta præfata Brevia gaudent recentia loca Viæ Crucis ubique à Nostris erecta, sunt plures Indulgentiæ Plenariæ, ac non Plenariæ, cum liberatione utriusque animæ à Purgatorii penis. Ut constat a compilatione Indulgentiarum per Reverendiss. P. Matthæum à S. Stephano tunc Ministrum Generalem, nunc Cephalodensem Ep. locupletum, facta, & hic Panormi typis data anno 1698.

3812 Catalogum Indulgentiarum non revocatarum habes apud Rodr. in comp. Port. Lautulcam, & Mattheucci *ver. Indulg. v. in p. 3. prop. 37. ab Alex. VII. damn.*